





Bolizlaus dux Poloniorum 1123; ~~ad~~ Ottoni Bambergensi episcopo scribit, ut ad convertendos Pomeranos contendat.

Pertz Monum. Germ. Scr. XII, p. 778.

Domino suo et patri amantissimo Ottoni venerabili episcopo, Bolizlaus dux Poloniorum filialis obsequii humilem devotionem. Quia in diebus iuventutis tue apud patrem meum decentissima te honestate conversatum memini, et nunc quoque Dominus tecum est firmans te et benedicens tibi in omnibus viis tuis, si tue non displicet dignitati, veteres tecum renovare animo sedet amicitias, tuoque consilio simul et auxilio uti ad Dei gloriam promovendam ipsius gratia coadiuvante. Nosti enim, ut arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbaries, non mea quidem sed Dei virtute humiliata, societati Ecclesie per baptismi lavacrum se admitti petunt. Sed ecce, per triennium laboro, quod nullum episcoporum vel sacerdotum idoneorum michique coaffinium ad hoc opus inducere queo. Unde, quia tua sanctitas ad omne opus bonum prompta et indefessa predicatur, rogamus, pater amantissime, non te pigeat nostro comitante servitio pro Dei gloria tueque beatitudinis incremento id laboris assumere. Sed et ego, tue paternitatis devotus famulus, impensas omnes et socios itineris et lingue interpretes et coadiutores presbyteros et quecumque necessaria fuerint prebebo; tu tantum, sanctissime pater, venire dignare.

1146 [2. III.]

Hubald kardynał legat papieski poświadcza, iż synowie Bolesława Krzywoustego kaplicę P. Maryi w Łęczycy klasztorowi Trzemeszeńskiemu nadali.

Hubaldus sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis apostolice sedis legatus, dilecto fratri Bernardo preposito ecclesie de Sciremusine suisque successoribus et fratribus eiusdem loci presentibus et futuris, salutem et omne bonum. Collata nobis a deo discrecio et ab apostolica sede commissa auctoritas nos hortatur, ut religiosas personas et loca ad seruiendum deo dicata diligere debeamus, et in quibus secundum deum possumus, pia eis sollicitudine prouidere curemus. Ideoque notum fieri volumus presentibus et futuris, quoniam dum apud Genezen ciuitatem essemus, Boleslauus et Misico duces, et fratres eorum Henricus atque Casimirus, filii quondam Boleslaui ducis, cappellam sancte Marie apud Lonciziam in monte sitam pro remedio anime sue eorumque parentum ecclesie sancti Adhalberti, que est in loco, qui dicitur Sciremusine, cum omnibus redditibus ad eam pertinentibus perpetuo contulerunt, et ut auctoritate nobis commissa eandem confirmaremus donacionem, communiter rogauerunt. Cui

Oer.

V = N. 54, 119, 145 –   I = ~~0~~

VI = N. 99, 104, 105, 130, 146 –

II = N. 34, 73, 85, 110, 130, ; pag. 93 a 97.

IV = N. 9, 11, 13, 14, 15, 17, 18, 82, 122.

III = N. 5, 6, 19, 52, 62, 66, 67, 68, 69,
70, 113, 114, 118, 129, 130 –
konec N. 79 – dát na konec 80 –

Mar. = 137, 143, 179, 236, ~~(= 246 [illegible])~~

[Rykaczewski, s. 193-Reg.]

1146

21.6

1146.

Joannes de Lubomir Castellanus Visliciensis Joachimi Castellani Wojnicensis filius cum Justina Raphaelem de Tarnow Patrem Justinae quietat, eandemque Summam in Lubomir inscribit.-

Nos Stephanus Palatinus Cracoviensis. Ad perpetuam rei memoriam. Tenore praesentium quibus expedit universis Significamus. Quod veniens ad nostram, nostrique Officii Palatinatus praesentiam strenuus miles Joannes de Lubomir Castellanus Wislicensis, Joachimi Castellani Wojnicensis filius, una cum Justina Conjuge sua legitima, sani mente et corpore, non coacti, nec aliquo dolo circumventi; sed de bona sua voluntate et amicorum consilio recognoverunt, quia Strenuum militem Raphaelem de Tarnow notarium Castrensem dictae Justinae Patrem de perceptis centum marcis monetae assignatae dictae Justinae quietant perpetuo, quam dotem Idem Joannes praedictae uxori suae super

byli wtedy i dłużej pełno różnych osób ale nie więcej

bonis

nowy wypis

sigillum było [illegible] ni-
[illegible]

bonis suis Lubomir inscribit, et asecurat praesentibus. In cujus rei fidem praesentes sigillo nostro palatinali subappenso communitae sunt. Acta sunt haec in Cracovia feria secunda ramis palmarum, anno Incarnationis Domini M.C.XXXXVI. Sub horum testimonio Andreas de Pieginia Sulek, Nedzwecki Jascus, Lescus, Vitalis et Wenceslaus per cujus manus datum est.

Ta kopia przepisana z Oryginału pargaminowego, u którego wisi pieczęć na zawiasce pargaminowej.

Roku 1785 dnia 16 Aprilis.

Adler

1148 Oct. 19

Gedruckt bei Adler Urkundl. Gesch. der Dörfer am Zobtenberge (Programm der Realschule [illegible] 1871) p. 23.

-4

Cod. dipl. Sil. VII, 27

Stenzel SSR Sil. II 164 n. 1

Eugenius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis arnulfo abbati ecclesie sancte marie de monte Silencii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris Canonicam uitam professis in perpetuum. Quociens illud a nobis petitur quod racioni et honestati conuenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis congruum impartire suffragium. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatam beate Marie ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati petri et nostris proteccione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut ordo Canonicus secundum deum et beati augustini regulam in vestra ecclesia per dei graciam institutus futuris ibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Quascumque etiam possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum uel principum oblacione fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec nominatim ducimus exprimenda montem uidelicet cum appendenciis suis forum sub monte ecclesiam beati adalberti in wraticilau. (sic!)

Prohibemus autem ut nulli post factam in eodem loco professionem absque licencia sui abbatis liceat de claustro discedere, discedentem quoque nullus clericus uel laycus audeat retinere, nulli ergo homini liceat iam dictam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatis retinere, imminere seu quibuslibet molestiis fatigare. Sed omnia integra conseruetur eorum, pro quorum sustentacione et gubernacione concessa sunt usibus omnimodis profutura salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis ue persona hanc uestre constitucionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertio ue commonita si non presumptionem suam congrua satisfaccione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere deperpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac saguine (sic.) Domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi

quatinus et hic fructum bone actionis percipiant: et aput (sic!) districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. amen. Datum pysis per manum Guidonis sancte Romane ecclesie dyaconi cardinalis cancellarii XIIII kalendis nouembris indictione XI Incarnacionis dominice anno M. C. XLVIII ponti-ficatus uero domini Eugenii tertii pape anno quarto.

[1143-1145]

[Pez, Thesaurus, T.5, cz.1, Kol.360, nr.125.] 1150. 25. 6.

M. Cracoviensis Episcopi Epistola ad S. Bernardum Ab. clare val. quem ad conversionem Ruthenorum invitat.

B. Dei Gratia clare valensi Abbati Viro Venerabili et Reverenso, omni preconio digno et merito sanctitatis insigni M. ejusdem Gratia Cracoviensis Episcopus et Comes, Petrus quos facere (facit) fructus

Gratês Deo Nostro referimus, gratês si-quidem infinitas, qui Vos talem Abbatum Decus et Gloria Nostro suscitavit saeculo quem solicitudo omnium Ecclesiarum quemadmodum Vas electionis nunquam et nusquam praeterecat quaem infirmitas aliorum cogat pariter infirmari: cujus meritis Deus Orbi bonum omne largitur immerito, cujus praedictis victus arbiter mitigatus sententiam revocat, ac, ne statim feriat peccatores iram suspendit ut parcat. Dilectus filius vester magister A. Nos ex parte Vestra consuluit, si quis posset et impios Ruthenorum ritus atque observantias extirpare. Posset quidem, Domine posset sed solus ille homo posset in quo potens gratia esset. Confidimus autem in Domino Jesu, quod si Abbas clare valensis hic posset hoc bonum facere posset. Gens autem illa Ruthenica multitudine innumerabili seu sideribus adequata, Orthodoxae fidei regulam ac verae Religionis instituta non servat, non attendens, quoniam extra Catholicam Ecclesiam veri Sacrificii locus non est. Nec solum in sacrificio Dominis corporis sed in conjugiis repudiandis et rebaptisandis atque aliisque pluribus Ecclesiae Sacramentis turpiter claudicare cognoscitur. Ita erroribus variis immo vero haeretica pravitate a primordio suae conversionis imbuta Christum solo quidem nomine confitetur factis autem penitus abnegat. Neque enim vel latinae vel graecae vult esse conformis Ecclesiae, sed seorsum ab utraque divisa neutri

gens praefata Sacramentorum participatione communicat. Hoc
autem dominae totum penetrabilior omni gladio ancipiti Vestra
praedicatio amputaret, si aut eam visitaretis, Vobis Spiritus S.
inspiraret. Nec modo in Ruthenia quae quasi est alter orbis
verum etiam in Polonia et Bohemia vel communi appellatio
ne Sclavonia, quae plures provincias continet talem ac
tantum fructum tamque Deo acceptabilem faceretis
ut ab ipso postmodum audiretis: Euge serve bone et fidelis.
Aut certissime Vobis omnes aut fere omnes, ut speramus in
+ [illegible] auditu auris obedirent.x Dignamini igitur, pie pater, digna
mini qui caeteras illustratis nostras etiam tenebras illustrare.
Dignamini slavos incompositos in via morum et vitae ratio
nibus informare. Dignamini gelidum aerem vestra praesentia
visitare, ut in adventu Nostri Abbatis frigus horridum Aquilo
nis, Austri Gratia et Mulciberi flamine temperetur ut inculta
Barbaries vestris moralitatibus excolatur: ut homines in-
humani Vestra eruditione mitescant, sub jugo Dominico
mansuescat. Si enim gloria celeberrima, ~~ut~~ et ~~Praestius~~ Treicius Or-
pheus et Thebanus Amphion coelo inseruntur et astris
vatumque celebrantur ingenio et post mortem carmine vi-
vunt quod uterque silvas et lapides id est silvestres et lapi-
deos homines lirae cantibus delinivit legemque pati coëgit
quanto magis nos speramus, quod gentes efferas et immanes
Sacer Abbas Christo conciliet qui et praeco est Evangelii
et lucerna in domo Domini et Divinae voluntatis interpres
et melior Orpheo.....! et superna clarus scientia et caelesti
praeditus intelligentia et omnium fere charismatum mune-
+ [illegible] re insignitus et gratia.+ Quanto autem animi quamque arden-
ti desiderio ego et Comes Petrus vir utique circa Dei cultum
et Ecclesiam religionemque devotissimus Vestrum Pie
Pater praestolemur adventum, Solus Ille Nobis est Testis

qui videt secreta Cordis. Nec nos soli optamus Abbatem Clare valensem simul inunum Dives et pauper Nobilis et ignobiles, juvenes et virgines, senes cum junioribus aeque desiderant Abbatem omnis ordo et aetas, Abbatem omnis sexus atque omnis conditio, Abbatem omnes Poloni omniumque voto suspirant. —

8

[circa 1153.,
Cod. Dipl. Pol.
t. 3, nr. 4.

około r. 1154. (vid. Dług. V. 487. i Annal. Crac.
Maj. w ed. Gdan. Marc. Gallea
et p. Roepella I 358.)

1/ In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Hen:
ricus. ~~Dei gratiâ,~~ filius Boleslai Ducis Poloniæ de dominio, quod à Pa:
tris voluntate & gratia dum viuerem [t] habui, pro salute Parentum meorũ
et mea, Hospitali Beati Joannis Baptistæ, de Hierosolymis, ad victum omnium
ibidem in Chrõ pauperum, conuenientium, villas duas, quarũ vna Zagost vo:
catur, & alia Borestowie, & alio nomine Wlasdow, cum LXª. bubus, et X.
equis, & cum Aratoribus do, sic tamen, vt his, quæ habent, restitutis, aratores
liberè recedant. Do etiam in Zagost iumenta L. cum V. emissarijs, Seruos
quoque eiusdem gregis pastores, ibidem [auriculo] araculo, quorum hæc sunt nomina
Esgler, et Szilga. Do quoq; oues & vaccas, cum pastoribus, quorum hæc
sunt nomina [Matusa] Malusza, Cernoch, Panten [Swieczek] Suwecek, Pan[nic]iz, Doma[aic]tz, Go:
le[n]tz, Gos[s]tec. Ba[k]c, Opoka, Siz, Cecha[n]w. Do etiam vineam cum vinearijs
quorum hæc sunt nomina, Domaui, & Zabor. Do insuper ad restituendos præ:
dictarũ villarũ boues, Tabernam in Ce[han]chow. Porro quia Ecclam in honorẽ
Di[ei]ui & Beati Joannis Baptistæ, in aliquo prænominatorũ locorum, iam du:
dum me constructurũ deuoueram, quod tamen vanitatibus huius sæculi deten:
tus, dum facere potui peccator non feci, ad hoc votum complendum addo Ca:
stores de Malogost & de Ki[re]re. His omnibus etiam addo ad [seruitium] ~~inseruiendũ~~ præ:
fati Hospitalis rusticos, qui aliquando [decimi] decem erant in Chrobor, quos frater
meus Dux Boleslaus, aliquando transmiserat in Cuiauiam, sed eosdem [Christo] ~~etiam~~
~~ipso~~ conceden. in prædictam Zagost reduxi, ibidem perpetuo remansuros, quorum
hæc sunt nomina Sur et frater eius Vuoian. Minslin, Cru[ec]cek, cum fratre nomine
Zawid, Dobrotyech, Sanchora, S[g]urea, Golissa, Bambica. Adijcio quoq; istis omni:
bus [aurifices] artifices meos in præfata Zagost consistentes, quorum hæc sunt nomina. Blis:
[Bliffar/] sus & frater eius Scarbis, Radon, et Sulislaw. Hos omnes prænominatos cum
supradicta possione, do prædicto Hospitali Hierosolymitano cum omni posterita:
te sua, in perpetuum, iure hæreditario libere possidendos, ita tamen vt [pos=
teritati] præ:
texati officiales in suis officijs seruiant. Chrobriam verò [ut] ~~vt~~ artifices more libe:
rorum hospitũ, nunquam tamen à prædicta possione recessuri. Vt autem [tandem] hæc
mea largitio sæpe dicto Hospitali S. Joannis in perpetuum firma et illibata
permaneat, sigilli mei [inspensione] impressione eam corroboro & confirmo. Dños verò
meos fratres, scilicet seniores. Boleslaum atq; Mesconem, [Henricum] sicut & frem

meum iuniorem Casimirum eorumq; totam posteritatem suppliciter rogo, & obnoxius obsecro. quatenus eandem Eleemosynam meam sæpe memorato Hospitali, causâ Dei, ob remissionem peccatorum suorum in ea libertate, qua eam trado studeant conseruare, ne videlicet infra terminos, quos ibidem me iubente posuit Petrus Bozenowicz aliquis quicquam iniuriæ inferre queat, et eiusdem præfati loci homines nulli iurisdictioni Polonicæ subiaceant, excepto servitio quo fratribus Hospitalis tenebuntur. Tabernario etiam quem in Czechow ordinauerint, nullus iniuriam aliquam vel anganiam inferre præsumat. Quicunq; autem aliquid horum violare attentauerit Anathema sit. Amen. Amen. Amen.

3, In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen.

[1244. Cod. Dipl. Pol. t. 3, nr. 23] Quoniam sæpe facta absorbet obliuio propter instabilitatem humanæ naturæ, quia generatio præterit & generatio aduenit. Et ideo ego Diuinâ miseratione, Dux Boleslaus Cracouiæ et Sendomiriæ, vna cum carissima matre mea Domina Grimislaua notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod nobis in Chrober, cum Dño Fulcone Gnesnensi Archiepō, et Dño Prandota Cracouień. Episcopo, et baronibus nr̃is, colloquium celebrañ, fratres Hospitalis Beati Joannis Baptistæ de Zagost, accesserunt ad nos rogantes, vt priuilegia eorum, quæ per Auum meum bonæ memoriæ Ducem Henricum et Patrem meum Ducem Lestconem, ad libertatem dictæ Ecclæ, et villis eidem attinen. collata fuerunt, scripto nr̃o innouaremus, donationi prædecessorũ assentientes. Quorum iustis petitionibus acquiescentes præsentem paginam, construi præcepimus libertatem dictam perpetuò confirmantes. Quia dignum est, vt omnis Eccla semel sibi reddito priuilegio libertatis sine aliqua molestia debet gaudere perpetuò. Nomina autem villarũ quæ plena libertate sunt declaratæ hæc sũt prænominata Zagost in qua, ipsa domus Fratrum est sita. Alia Jamina, tertia Wloschowa, quarta Januszowici, & omnes aliæ quæ in sensibus priuilegijs scriptæ continentur. Modus enim libertatis hic est, vt homines in dictis villis sedentes Powoz non ducant, neq; strosam soluant, neq; post boues soluant, neq; hospitem, neq; falconarios, neq; canum ductores, neq; venatores Castrorũ pascant, neq; Castro, vel alicui aliorũ iudiciorũ, subditi sint, præter ipsos Dominos, nec ciuitati respondeant, coram aliquo, nec ad ædificia Castrorũ, neq; ad expeditionem vadant, sed solummodo suis Dñis sint subditi; vt autẽ

in privilegijs antiquis est ab omni iurisdictione Polonicali, præfati hrēs
liberi maneant. Vt autem hanc libertatem nullus vlerā audeat viola-
re, sigilli nostri munimine roboravimus. Omnibus perpetuò observanda,
si quis eam violare præsumpserit vltioni divinæ committimus puniendum.
dum. Testes huius rei Archiepūs Fulco, Episcopus Prandota, The-
odoricus Cancellarius. Clemens Palatinus Cracovien, Florianus San-
domirien, Nicolaus Palatinus de Siradz, Prðbislaus, Laurentius
=ibidem presentes Cevik. Gerardus Abbas de Claratumba, et alij quam plures. Dat
in Chrober Anno Dñi M CC XL IIII. Die secundo exeunte Maio.

5. In nomine Domini Amen. Vt principalis donatio robur
[1257.10.VI.] perpetuò firmitatis obtineat. Ego ergo Boleslaus Dei gratia Dux Cracoviæ
Cod. Dipl. Pol. t. 3, nr. 35.] et Sendominiæ filius Lestconis. Notum facimus præsentibus et futuris, quod
ad petitionem Comitis Warsonis Dapiferi Sendomirien Fratri Theodrico de
Zagost et cæteris rectoribus, post eum succone successorie ibidem Dño famulantibus,
talem gratiam duximus faciendam: quod Currus eorum liberè sine omni
exactione, et theloneo nro sal tantum ad coquinam ipsorum, sive cætera
victualia devehent, et transibunt per vniversum Dominium nrum et Du-
catum. Cæterum indulgemus eisdem, quod omnes Incolæ ipsorum de Scot-
nik et Sucow pascuis liberè vtantur, in campis villarum hominum
nostrorū de Scoruchick et Wotche, ita tamen, si nocumentū hominibus
hæreditatū prædictarum aliquoties intulerint, et de se querelantibus
nullam satisfactionem exhibuerint, gratiam per nos factam subtrahere
propter hoc poterimus ab eis. Vt autem hec concessio et donatio robur
perpetuæ firmitatis a nobis et nris succoribus obtineat, præsentibus
nrum sigillum duximus apponendū. Acta sunt hæc Anno Dñi
M. CC. LVII. prntibus hmibus quorū ista hæc sunt nomina. Comes
Wars præfatus procurator huius negocij. Iacobus Venator de Glob-
sek Domaratus Subiudex Crac: Petrus Tribunus Wislicien.
Ratiborius de Podluže, Sdigodius qui sigillum apposuit et alij
quam plures. Dat per manū Twardoslaj Subcellarij Curiæ in
territorijs militum de Costchich quarto Idus Iunij.

2 In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti Am.
[Cod. Pol. t. 3, nr. 6.] Ego Kasimirus Dux, notum facio vniversis Chri fidelibus prntibus
et futuris. Dominū Henricum Ducem Fratrem meū Hospitali Sācti
[ca. 1173.] Ioannis Hierosolymitani, pro animabus Patris nri et Matris, atq pro
sua ipsius anima, dedisse terram, quæ dicitur Zagost, totam integralē

villas scilicet quatuor cum omni circuitione, sicuti Comes Petrus Magnus eam circuiuit et signauit cum omnibus quæ in ipsis villis erant Pastoribus videlicet omnibus iumentarijs, vinearijs, Sagenarijs, et omnibus rusticis qui in ipsis villis morabantur, excepto Dno Romano Vineario nomine Barbez. et exceptis quatuor decimis hominibus de Kij, quibus ibidem mansio concessa fuerat, ad tempus, donec alibi eis prouideretur: cum omni quoq supellectili reliqua equabus scilicet, bubus, vaccis, ouibus atq porcis. Sed et aliam dedit villam nomine Vlazow. cum omnibus suis pertinen. syluis videlicet, agris, pratis, atq mellificijs, quotquot in ea erant. Dedit quoq propter hæc omnia Tabernam in Cachow libere a pdicto Hospitali possidendã. Ego igitur Casimirus qui Dei gratia successi hæres. et possor bonorum Fratris mei piæ memoriæ Ducis Henrici, omnia prædicta quæ contulerat Hospitali S. Joannis, concedo eidem Hospitali. iure perpetuo possidenda, pro anima Patris mei et Matris et pro anima eiusdem Fratris

Heryk + 1166.

mei Ducis Henrici, et pro mea ipsius anima. Addens insup omnibus hominibus S. Joannis libertatem omniũ tributorũ vel seruitiorũ, quæ more Polonico ab alijs militibus fieri solent, ne soluant tributum in foro. ne Hospites ducant, vel pascant, ne falconarios, vel Canumductores suscipiant, ne in expeditionẽ vadãt, ne ad opus Castri seruiant, siue soluant, ne post boues soluãt. Testes huius facti Ego Kasimirus Dux. Dominus Lupus Epus Plozen. per cuius manum Eleemosyna data est. Dominus Sventoslaus Radoslaus. Paulus Subcamerarius, præter hos quoq Dnus Saxo (Jaxa(?)) et alij Nobiles multi. & omnes Epi. qui conuenerant ad colloquium in Milice IIII. Kal. Sept.

(? Jaxa) Jaxa + 1176

4 In nomine Domini Amen. Quoniam sæpe facta absorbet obliuio propter instabilitatem humanæ naturæ, quia generatio præterit & generatio aduenit. Et ideo nos Boleslaus Dei gratia Dux Cracouiæ et Sendomiriæ vna cũ carissima Matre nra, Dna Grimislaua. Notum facimus tam pntib. quam futuris, quod nobis in Chrober cũ Dno Fulcone Gnesnen Archiepiscopo. et Dno Prandota Cracouien

[1244, Cod. Dipl. Pol. t. 3, nr. 23.]

Episcopo et baronibus nostris, colloquium celebran(tibus) Fratres
Hospitalis B. Joannis Baptistae de Zagost, accesserunt ad nos
rogantes, ut privilegia eorum quae per Avum nostrum bonae me:
moriae Ducem Henricum, et Patrem nostrum Lestconem, ad li:
bertatem dictae Ecclae, et villis eidem attinen collata fuerit
scripto innouaremus, donationi praedecessoris assentien. Quorum iu:
stis petitionibus acquiescen (assentientes) praesentem paginam construi praecepi:
mus. libertatem dictam perpetuo confirman. Quia dignum est ut
(omnis) Eccla [semel sibi collato] privilegio libertatis sine aliqua violentia
debeat (bet) perpetuo gaudere. Nomina autem villarum quae plena liber:
tate sunt declarata haec sunt: praenominata Zagost, in qua ipsa
domus Fratrum est sita, Alia Janina, tertia Vloschowa, quarta
Janusowici. et omnes aliae quae in senibus privilegiis scriptae
continentur. Modus enim libertatis hic est, ut homines in dictis
villis sedentes Powoz non ducant, neq. strosam soluant, neq.
Poradne soluant, neq. Hospitem, neq. Falconarios, neq. Canum
ductores, neq. (venatorum pastorum) Venatores, Castrorum pascant, neq. Castro vel ali:
cui aliorum (ciorum) iudicio subditi sint, praeter proprios Dominos, neq. octo
mensuras avenae soluant, quam Castro de Chechow, omni anno
soluere tenebantur, neq. Citati respondeant coram aliquo, nec ad
aedificia Castrorum, neq. ad expeditionem vadant, sed solummo:
do suis Dnis sint subditi. Ut autem in privilegiis antiquis est
ab omni iurisdictione Polonicali praefati homines liberi permane:
ant. Ut autem hanc libertatem nullus ultra audeat violare Sigilli
nostri munimine roboravimus, omnibus perpetuo obseruandam.
Si quis eam violare praesumpserit ultioni diuinae (Domini) committimus
puniendum. Testes huius rei Archiepiscopus Fulco Episcopus
Prandota. Theodricus Cancellarius, Clemens Palatinus
Cracovien. Florianus Palatinus Sendomirien. Suentoslaus
Palatinus de Siraz. Praebislaus Laurencowich Gerardus
de Claratumba et alij quam plures, qui ibidem affuerunt.
Dat. in Chrober Anno Dni M. CCXLIIII Die secundo
exeunte Maio.

11

Copia Privilegiorum in Regno Poloniae
de bonis sancti Johannis Hieros.^mi

1. Henricus Ducis Boleslai filius donat villas et parochias Hospitali S. Johannis in Jerusalem. sec XII.

2. Dux Boleslaus confirmat ducis Henrici donationes in Anno M. CCXLIIII

3. alia Corroboratio eiusdem Ducis Boleslai 1257

4. Casimirus Dux Poloniae Confirmat idem . sec XII.

5. Boleslaus Corroborat Privilegia avi sui ducis Poloniae henrici, de Villis, Zagost, in qua ipsa domus Fratrum, Janina, Voloskova, Januschowizi 1244

Jt. seq. fasc. 1248.

privil.^a polon.

jest w kodexie Rzyszczewskiego, tom III, str. 6–8 12.

[Kod. Pol. t. 3, nr. 5.]

[1166 vel 1167.]

Metr. 48
p. 1203

1532–1533.

w kodex. dip. pol. III
opuszczone
księgi
XLVIII. 955

29.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum tempus edax rerum omnes actus humanos trahat continue in oblivionem, nisi literarum officio eorum memorie consulatur. Nos Sigismundus dei gratia etc. nec non terrarum etc. dominus et heres. Significamus tenore presencium etc. Quia Venerabilis Albertus de Clodawa Abbas monasterij Andrzeowiensis exhibuit coram nobis binas infrascriptas literas ambas una duntaxat pelle complexas. alteras Joannis Archiepiscopi Gnesnensis, alteras vero Gedeonis Episcopi Cracoviensis, sigillis illorum appensis obsignatas. super bona et decimas in eis descriptas, editas. priscam illam fidem et simplicitatem per hoc referentes, quod in neutris illarum tempus, quo edite sunt, fuit adscriptum. supplicavitque nobis idem abbas. ut eas innovare, auctoritateque nostra Regia confirmare, ac sub sigillo nostro dare dignaremur. Quarum quidem literarum tenores hic sequuntur et sunt tales:

In nomine domini. Ego. Joannes Archiepiscopus Gnesnensis Notum facio presentibus et posteris me dedisse ecclesie sancti Adalberti in Andreow in consecracione eiusdem ecclesie decimam quinquaginta aratrorum. quam postea assignavi in villis illis tunc temporis ad mensam meam pertinentibus. quarum nomina subdita sunt. Slotnijki. Scotnijki. Rambieszicze. lassochow. Zarczicze. Sdanowijcze. Chacrewicze. Bresno. Bregij. Dedi eciam cum eadem decima eidem ecclesie et fratribus in ea deo servientibus. 1160

hereditatem

hereditatem totam. quam habui ex parte cognati mej. cui nomen erat Zmijsl. filij Bozate. hoc est Vijasd. blonije. seszie. Bolonijanij. Blotnijki. lanche. scowrodne. Kaminkicj. addi (sic) eciam villas quas emeram. Divensnam. Burekow. Tropisouo. Bella. Besgen. Quicunque ergo aliquid de istis omnibus abstulerit. vel dempserit preter voluntatem abbatis et fratrum anathema sit.

13.

29 bis

[R. 1166 vel 1167.]

[Kod. Pol. T. 3, nr. 5.

Metr. 48 p. 1203 et 1204 1532-1533. In nomine domini. Ego Gedeo Cracoviensis Episcopus. dedi deo. et beate virgini Marie et sancto Adalberto et fratribus de Andrzeow in consecracione illius ecclesie decimam ad mensam meam pertinentem omnium suprascriptarum (sic) villarum in Episcopatu meo duntaxat positarum. addidi etiam decimam ville cuiusdam que sedet super indikam, in qua sedent Conarij due (sic). hoc est inter villam filiorum Bogiwoz. et villam Nijegoslai. Quicumque ergo aliquid de istis omnibus abstulerit. vel dempserit. preter voluntatem Abbatis et fratrum anathema sit. Utriusque suprascripte donacionis testis est dominus dux Mesco. dominus Kazimirus. abbas Tynjecensis. abbas de calvo monte. abbas de Achekow. Abbas de Loena (sic). dominus Aiax. dominus Zecoslaus. Gneomirus. Stephanus. Jacobus. Joannes. et multi alij. 1160

Lenda?

Nos itaque Sigismundus Rex prefatus supplicacioni prenominati Venerabilis Alberti abbatis benigne annuentes, simulque pro eo studio. quod exemplo maiorum nostrorum in ecclesias dei gerimus prospicere volentes. ne hoc infelici tempore. senescente iam in plerisque hominibus pristino devocionis fervore, sibique monasterioque suo Andreowiensi in predictis bonis et decimis negocium facesseretur, preinsertas literas innovarj fecimus. easque auctoritate nostra Regia approbavimus, ratificavimus et confirmavimus. approbamusque. ratificamus et confirmamus tenore presencium mediante. decernentes omnia et singula in eis contenta robur debite firmitatis habitura esse. per prefatumque

abbatem

abbatem et suos posteros Abbates ac monasterium et conventum Andreowiensem suprascripta bona et decimas, in quarum usu possessioneque pacifica et continuata hucusque fuerunt, nec non etiam bona illa et decimas que postea sive donacione, sive permutacione, aut quocumque alio modo Monasterio Andreowiensi obvenerunt, et nunc in possessione illius existunt, quorum et quarum nomina et cognomina haberi hic volumus pro expressis tenenda, habenda, pacificeque et quiete perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie sabbato ante festum sanctissime Trinitatis, anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni nostri anno XXVIJ timo Presentibus etc. etc. etc.

Prócz tych dwóch znajduje się jeszcze 12 następujących przywilejów przy tychże zapisanych. Są one z lat następujących
1308 Cod. dip. III. 174 z Metr. 48 p 943.
1318
1271 Cod. dip. III. 92 [illegible]
1359.
1263.
1246.
1274. Cod. dip. III. 102 z Metr. 48. 949.
1256.
1228.
1246.
1222.
1245. Cod. dipl. III. p. 49 z Mr. Kor. 48 p 953.

Mesiko dux Polonie 1174 Apr. 30, in castro Lendensi; 4.
Kölner Cop. 28^b 29^a n. 61.
[Perlbach] 14

1174. April 30. Lad.

Mesico, Herzog von Polen, verleiht dem von ihm gestifteten Cistercienser Kloster Lad das beneficium ad magnum sal in Krakau, croua genannt, das wöchentlich 8 Scot einbringt.

Cop. Quadragesima.

In nomine domini amen. Memorie oblivio novercatur et longinquitate temporis gestorum series obscuratur nisi vivacibus literarum indiciis ad posteros propaletur. Igitur nos Mesico dei gratia dux Polonie ad honorem dei et sancte genitricis semperque virginis Marie fundavimus monasterium ordinis Cisterciensis in loco qui dicitur Lenda et iisdem fratribus videlicet abbati et ceteris ibidem deo famulantibus cupientes plenius providere contulimus eis beneficium ad magnum sal in Kracouia, quod crôua (n?) wlgariter vocatur iure hereditario in perpetuum possidendum, unde singulis septimanis ve-niunt x octo scoti currentis monete. Ne igitur hec nostra donatio per aliquem in posterum molestetur presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Huius autem rei testes sunt Iarostius palatinus, Odollanus pincerna, Ianco potcomore et alii quam plures. Datum in castro Lendensi anno domini M°. C°. LXX^a IIII° in octava beati Alberti (!) episcopi et martiris.

x fol. 29^a.

cop. A coll.
9/XII. 82. P.

[Cod. Mas. Gen., nr. 116.] a. Copia 58 15.

~~E fasciculo copiarum in Archivo~~ Leonis ~~Comitis Krzyszczewski asservato.~~

~~Ex Arch. Capit. Wladisl.~~

już drukowany

1185 die 20 Januarii Lesconis Ducis antiquissimum Privilegium Ecclesiae Wladislaviensi collatum Anno 1185 videlicet Canonicis Castrum Slonense Capellam Gniewczow, Ecclesiam et Villam Kowale, Ecclesiam in Curow cum pertinentiis earum foralium Juvenis Wladislaviensis annuatim X Marcas argenti, et X urnas mellis in veteri Wladislavia.

1185. die 20. mens. Januarii. sine loco.

In nomine sanctae et Individuae Trinitatis. Ego Lesco Dux, notum facio omnibus Christi fidelibus, me contulisse Domino et Beatae Virgini Mariae et Canonicis in veteri Wladislavia (1) pro remedio animae meae perpetualiter Castrum Slonense (2) cum omnibus appendiciis (sic) ejus, insuper Capellam in Gniewco (3) et hoc salvo concambio Crusviciensis Monasterii Beati Petri Apostoli addimus et ecclesiam cum villa in Kowale (4), et aliam quae dicitur Curow (5) cum omnibus ad eas pertinentibus de foro etiam in novo Wladislaw annuatim de moneta decem Marcas argenti, de Cellario etiam in veteri Wladislaw omni anno decem urnas Mellis. Haec praescripta contuli Deo

meo et

meo et Sanctissimae Genitrici ejus inconvulse. Qui autem hoc datum Deo minuere, aut auferre, aut aliqua temeritate violare voluerit, perpetuo anathematis vinculo subjaceat, et in extremo examine coram justo Judice Deo mihi spondeat. Anno Dominicae Incarnationis M.C. LXXXV (Millesimo centesimo octuagesimo quinto 1185) epacta XVII. concurrente prima XIII Kalendas Februarii collata sunt haec.

Trzeba lepiéj opisywać z Xsąg których akt wzięty. –
Drukowany jest już w Damalewicza Hist. Bisk. Kujawsk.

druk

5.

16

Innocentius Pp. III 1198 Mart. 8, Laterani;

Baluzius, Epistolae Innocentii Pp. III, Vol. I, p. 24, Epist. 43.

Gnesnensi archiepiscopo ac suffraganeis eius.

Apostolice Sedis benignitas sicut ex debito pastoralis offici
ad omnes fideles generaliter affectum caritatis extendit sic
eos quos circa servitium suum et Christianitatis honorem de
votiores invenerit speciali tenetur patrocinio confovere. Un
fidem et devotionem dilecti filii nobilis viri Boleslai duci
Polonie sancta Romana Ecclesia cuius sumus regimini si
cut Domino placuit deputati manifestis iamdudum ex
ta indiciis merito ipsum brachiis specialis dilectionis am
plectitur et in iustis petitionibus eius inveniri gaudet fa
cilis et benigna. Sane cum pluries sicut accepimus apos
licum receperit fraternitas vestra mandatum ut memoratu
ducem quem sicut catholicum principem et Ecclesie Roman
filium specialem quadam dilectionis prerogativa complectimur
ab impugnatoribus suis auctoritate curaretis apostolica defen
re sibique contra hostium suorum violentos insultus ecclesiasti
defensionis clypeum indulgere nondum tamen sicut nobis inti
matum est commodum aliquod de literis apostolicis reportavit nec
predecessorum nostrorum Romanorum pontificum iussiones que su
per hoc sepius emanasse noscuntur effectus est debitus subsecutus

quare merito de inobedientia potetisset negligentia reprehendi. Quia igitur in eo loco nos clementia divina constituit ut suam cuilibet debeamus iustitiam conservare fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatenus universis Polonie ducibus ex parte nostra curetis districtius inhibere ne prefatum ducem in persona vel rebus offendere presumant quomodolibet vel turbare aut ei super his que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis poterit Deo propitio adipisci molestiam inferre audeant indebite vel gravamen. Quod si commonitionibus vestris acquiescere forte noluerint vos eos ad hoc per excommunicationis sententiam auctoritate nostra sine appellationis obstaculo compellatis. Nos enim sententiam quam in ipsos propter hoc ratione previa tuleritis ratam habebimus ipsamque faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem congruam firmiter observari. Provideatis autem ut quilibet vestrum tamdiu faciat eandem sententiam per suam diocesim observari donec mandatum nostrum celeri fuerit executione completum. Datum Laterani VIII Idus Martii, (pontificatus nostri anno primo.)

anno I

1198

[illegible] - Roth.

Notum sit omnibus tam presentibus
quam futuris Quod ego Dux polonie Bo„
leslaus pro salute anime mee Ecclesie sanc„
te marie virginis Sanctique vincencij Epis„
copi et martiris ista contulerim iure per„
petuo possidenda Capellam videlicet sanc„
ti martini infra Ciuitatem Wratislay sita
Et capellam sancti benedicti in legnice cum
villis et redditibus, et forum in festo su„
pradicti martiris per octo dies institutum
Et thabernam in fine pontis prescripte ci„
uitatis positam et forum quoque de Co„
stomlot et tabernam in polsnica cum vil„
lis Grabisin Socolnice et chenese et Sobocisce
quam dedit Dux Wlatislaus pro dimidia
Trebnicha. Hec autem sunt nomina villa„
rum, quas comites polonici eidem contu„
lerunt ecclesie / Comes petrus fundator ec„
clesie Virbeno vdram Crescenciam dedit
et Olauam In montibus Pachozlauus vil„
lam dedit et Molendinum in dobra, Vlo„
stonissa comitissa dedit aliam. Sandiuoius

Sŭccino Iordanůs aliam Cristinůs iŭxta
legnicham alteram diŭi Veyoŭo Vitozlaŭůs
in zasefh Andreas laŭrencit Rathimirůs
Ahatosoŭo Bronisiůs Gorech Sŭlislaŭůs fůlsni=
cam et zozaŭiam Iohannes Wratislaŭiensis=
Episcopůs omniům villarům istarům et deci=
mas ŭsibůs ecclesie sŭpradicte incommŭta=
biliter ampliaŭit Et Matheůs Episcopůs Deci=
mam in laŭrencit qŭam antecessores sŭi
donaŭerůnt sůb anathemate confirmaŭit.
Acta sůnt hec in Consecracione ecclesie et sůb
anathemate confirmata. Anno ab incarna=
cione domini M°CXCVIIII° presentibůs Episco=
pis Iohanne Wratislaŭiensi Matheo Cracoŭien=
si sŭpermemoratis Et Steffano lŭbŭcensi Comi=
tibůs aŭtem domino Iaxa Michora Clemente=
Vrotis Theodoro et Crisano.

<u>Mosbach</u>: Piotr syn Włodzimirza,
Ostrów 1865 str. 102.

7 18

1207. Januar 11.

Innocentius papa III archiepiscopo Gnesnensi: quod si contingat nōn premorí, successor ipsius teneatur ad debita sua.

Regest. Innoc. III ann. IX fol. 136 ep. 241.
Pitra l.c. 522 n. XXXII. Erwähnt von Przezdziecki, Wiadomość bibliogr. 156.157.

[Innocentius — bened.]
Cum angustias et labores, quos pro tutela ecclesiastice libertatis sponte subisti, ad salutem anime te referre nullatenus ambigamus, ne forsitan debitorum sollicitudo, que propter adversitatem huiusmodi contraxisti, gaudii tui spem ex aliqua parte contristet, pia tibi duximus providentia precavendum. Ea propter, venerabilis in Christo frater, tuis precibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsan ille in cuius manu est vita hominum, antea de presenti seculo te vocaret, quam debita que pro utilitate commisse tibi ecclesie contraxisti persolvere potuisti(s)[a], successor tuus ea creditoribus tuis exsolvere teneatur. Nulli ergo etc. nostre indulgentiae etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum III Idus Januarii [p. n.] anno nono.

a) so bei Pitra.

1207. Jan. 13.

Innocentius papa III archiepiscopo Gnesnensi: ut cogat canonicos S. Alberti et S. Petri ad solutionem census.

Regest. Innoc. III ann. IX fol. 136 ep. 235.
Bréquigny et Du Theil 1039, Migne 1073. Potthast, Reg. pont. n. 2980. Pitra, Analecta novissima spicilegii Solesmensis continuatio II Tom. 1 (1885) 521 n. 31.

[Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto fratri .. archiepiscopo Gnesnensi salutem et apostolicam benedictionem].[a] Ad audientiam nostram pervenit, quod sancti Petri et sancti Adelberti canonici censum beati Petri solvere contradicunt, occasione sumpta quod ipsius census denarium in quamdam tabernam cum nobili viro duce Mesconensi (!)[a] se asserunt commutasse. Cum igitur in preiudicium beati Petri huiusmodi commutatio fieri non potuerit, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus non obstante commutatione prefata memoratos canonicos ad solutionem ipsius denarii canonica censura, cessante appellatione, compellas. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Januarii [pontificatus nostri][a] anno nono.

a) Von mir zugesetzt. Ist Mesco oder Vladyslaw Laskonogi gemeint?

1209.

Wład. Odonicz
Lubogosch.
Rocz. Wsp. W.
I, 2..

19

II-2

Commendabile et necessarium est scripture testimonium, quum oblivionis redimens detrimentum, preterita, tamquam presencia incommutabili loquitur veritate. Ea propter ego Wladizlaus Odonis filius, dux de Kalis, dei gracia ne procedente tempore surripiat oblivio, dignum duxi commendare testimonio presentis pagine scripta intuencium notificans universitati, quum causa salutis anime materne ecclesie beate Marie in Lubens et eius ministrorum usibus villam Lubogosch et eius heredem Wrocis, cum duobus eius filiis, ~~ut~~ ut sint mellifices hereditario iure possidendam, sub abbate Guntero viro ydoneo et ad eius peticionem concedens, perhenniter attribui cum mellificiis et lacum nomine Tuchno et laci alterius medietate eidem ville pertinente, cuius laci vocabulum est Radechovo et cum universis memorate hereditatis appendiciis et venari non contradico. Ad huius tam pii corroborationem patrimonii, sigillorum adhibeo munimina et testium ydoneorum, quum in ipsorum est actum et laudatum presencia, ascribo nomina, Dux Polonie Wladizlaus, dux Zlezie Henricus, Conradus Henrici filius et Henricus eiusdem Henrici iunior filius, Lypoltus Abyzlaue

./.

filius, Sbyzlaua, Lucia uxor Wladizlavi, Edviga uxor Henrici, Archiepiscopus Henricus, Arnoldus Poznaniensis episcopus, Laurencius Zlezie Episcopus, Laurentius Lubusensis episcopus, Gunterus abbas de Lubes, Vincencius cancellarius, Wlad. Sandiuoy frater eius, Ian Iancouich, Petre Ceslauich, Stephanus de Lignich castellanus, Iuan Sechezlauich, Boguzlau Iuanouich, Dyrzicraj tribunus de Kalis. Actum est hoc in Glagow in natali domini, tempore quo baptizauit dux Wladizlaus filium Henrici ducis Anno incarnationis domini ce M. CC. IX°. Quisquis igitur huius patrimonii irritator existere presumpserit, autoritate domini Henrici Polonie Archiepiscopi et omnium Episcoporum anathematis vinculo merebitur vinculari.

Innocentius Pp. III 1210 Iun. 9, Laterani;

Baluze, Epistolae Innocentii Pp. III, Vol. II, Epistola 82.

Gneznensi archiepiscopo et universis suffraganeis eius.

Significavit nobis dilectus filius nobilis vir dux Zlesie quod cum (Boleslaus) quondam dux Polonie certam dederit singulis filiorum suorum in Polonia portionem principalem civitatem Cracovie maiori natu reservans instituit ut semper qui esset de ipsius genere prior natu civitatem teneret eandem ita quod si maior decederet vel cederet iuri suo qui post eum de toto genere maior esset ipsius civitatis possessionem intraret. Hoc autem perpetuis temporibus observari precipiens per sedem apostolicam obtinuit approbari omnes illos faciens excommunicatione percelli qui statutum huiusmodi auctoritate apostolica roboratum presumerent violare. Unde nobis humiliter supplicavit ut nostris vobis daremus litteris in mandatis quod nec vos ipsi statutum violaretis huiusmodi nec permitteretis ab aliis violari illos qui contravenire presumerent anathematis ~~vinculo~~ sententia ferientes. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus institutionem de maioritatis preeminentia sicut ad utilitatem et pacem totius provincie dinoscitur esse facta faciatis per cen- ~~suram~~ suram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo firmiter observari contradictores censura simili compescentes. Datum Laterani V Idus Iunii pontificatus nostri anno quinto decimo.

Innocentius Pp. III 1213 Apr. 19, Laterani; archiepiscopo Gnesnensi ~~inter caeteros~~ et universitati archiepiscoporum, episcoporum, patriarcharum, abbatum etc. mandat

Balusius, Epistolae Innocentii Pp. III, Vol. II, Epist. № 30, Lib. XVI.

Vineam Domini Sabaoth multiformes moliuntur bestiae demoliri quarum incursus adeo invaluit contra ipsam et ex parte non modica pro vitibus spine succreverunt et quod gementes referimus ipse iam vites proferant pro uva labruscam infecte multipliciter et corrupte. Illius ergo testimonium invocamus qui testis est in celo fidelis quod inter omnia desiderabilia cordis nostri duo in hoc seculo principaliter affectamus, ut ad recuperationem videlicet Terre sancte+ ac reformationem universalis Ecclesie valeamus intendere cum effectu quorum utrumque tantam requirit provisionis instantiam ut absque gravi et grandi periculo ultra dissimulari nequeat vel differri. Unde supplicationes et lacrymas frequenter effudimus coram Deo humiliter obsecrantes quatenus super iis suum nobis beneplacitum revelaret inspiraret affectum accenderet desiderium et propositum confirmaret facultatem et opportunitatem prestando ad ea salubriter exequenda. Quapropter habito super iis cum fratribus nostris et aliis viris prudentibus frequenti ac diligenti tractatu prout tanti sollicitudo propositi exigebat hoc tandem ad exequendum predicta de ipsorum consilio providimus faciendum ut quia hec universorum fidelium communem statum respiciunt generale Concilium iuxta priscam sanctorum patrum consuetudinem convocemus propter lucra solummodo animarum opportuno tempore celebrandum in quo ad extirpanda vitia et plantandas virtutes corrigendos excessus et reformandos mores

---

+ De ~~illo~~ hoc negotio tractat ~~littera~~ Epistola 28 universis archiepiscopis, etiam Gnesnensi etc. transmissa

eliminandas hereses et roborandam fidem sopiendas discordias et stabiliendam pacem comprimendas oppressiones et libertatem fovendam inducendos principes et populos Christianos ad succursum et subsidium Terre sancte tam a clericis quam a laicis impendendum cum ceteris que longum esset per singula numerare provide statuantur inviolabiliter observanda circa prelatos et subditos regulares et seculares quecunque de ipsius approbatione Concilii visa fuerint expedire ad laudem et gloriam Nominis eius remedium et salutem animarum nostrarum ac profectum et utilitatem populi Christiani. Quia vero ante biennium universale non posset Concilium commode congregari disposuimus interim per viros prudentes in singulis provinciis plenius explorare que apostolice provisionis limam exposcunt et premittere viros idoneos ad Terre sancte negotium procurandum ut si exigente necessitate sacrum Concilium approbaverit nos personaliter ipsum negotium assumamus efficacius promovendum. Credentes igitur hoc salutare propositum ab illo descendere a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus vos taliter preparetis quod a presenti dominice Incarnationis millesimo ducentesimo decimo tertio anno usque ad duos annos et dimidium prefixis vobis pro termino Kalendis Novembris nostro vos conspectui presentetis cum modestia et cautela ita quod in vestra provincia unus vel duo de suffraganeis valeant episcopi remanere pro Christianitatis ministeriis exercendis et tam illi quam alii qui canonica forte prepeditione detenti personaliter venire nequiverint idoneos pro se dirigant responsales personarum et evectionum mediocritate servata quam Lateranense Concilium definivit ut nullus omnino plures quivis autem pauciores secum

adducere possit nec quisquam superfluas faciat et pomposas sed necessarias tantum et moderatas expensas ostendendo se actu et habitu verum Christi cultorem cum non secularis applausus sed spiritualis profectus in hoc sit negotio requirendus. Iniungatis autem vos fratres archiepiscopi et episcopi ex parte nostra universis ecclesiarum Capitulis non solum cathedralium sed etiam aliarum ut prepositos vel decanos aut alios viros idoneos ad Concilium pro se mittant cum nonnulla sint in ipso tractanda que specialiter ad ecclesiarum Capitula pertinebunt. Interim vero et per vos ipsos et per alios viros prudentes universa subtiliter inquiratis que correctionis aut reformationis studio indigere videntur et ea fideliter conscribentes ad sacri Concilii perferatis examen circa subventionem necessariam Terre sancte ubi Deus rex noster ante secula salutem in medio terre dignatus est operari opem et operam efficaciter impensuri assistendo fideliter et prudenter iis quos deputaverimus ad hoc negotium specialiter procurandum. Nullus itaque se fallaciter excusando ab executione tam sancti operis subtrahat si canonicam vult effugere ultionem. Nemo dissensionum obstacula vel itinerum impedimenta causetur que Domino faciente signum in bonum ex magna iam parte cessare ceperunt. Nam et quanto imminent maiora pericula tanto potiora remedia convenit adhiberi. Nunquam enim navigabit per equora qui semper expectat ut mare non concitet ex se fluctus. Datum Laterani XIII Kalendas Maii pontificatus nostri anno decimosexto.

Innocentius Pp. III 1214 Jan. 7, Laterani; ducibus Poloniae

Baluzius, Epistolae Innocentii Pp. III Vol. I, Epist. 164.

In illis non modicum superabundat iniquitas qui presumunt Christos Domini tangere in prelatis Ecclesie malignantes. Sane intelleximus quosdam Ungaros in tantum prorupisse furorem quod inter alia que commiserunt enormia in venerabilem fratrem nostrum Colocensem archiepiscopum manus presumpserunt inicere temere violentas et audacter desevientes in gregem qui non timuerant in pastorem ipsius archiepiscopi clericos nec non et monachos verberibus damnis et aliis iniuriis afflixerunt. Quia vero dignum est ut suffragiis et solatio careant devotorum qui se adversus Dei ministros in tante indevotionis malitiam erexerunt nobilitatem vestram rogandam duximus et monendam per apostolica scripta mandantes quatenus si quos de memoratis sacrilegiis ad vos confugere forte contigerit eos in vestre salutis dispendium nullatenus admittatis ne illicito favore quod absit eorum videamini communicare peccatis. Datum Laterani VII Idus Januarii pontificatus nostri anno decimo sexto.

1215.

Andreas II. rex Hungariae

1, XI,

Venerabili in Christo patri I. Dei gracia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, A. eadem gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomericque rex, salutem et debitam ac deuotam in omnibus reuerenciam. Significamus Sanctitati vestre referentes graciarum acciones, quod postulacio nostra super coronando filio nostro in regem Galicie ad mandatum apostolicum optatum consecuta est effectum, licet nouissime populus Galicie fidelitatis sacramento deposito a Rege suo non solum recesserit, verum eciam collecto circum adiacencium Ruthenorum exercitu, castrum Galicie, in quo filius noster cum paucis commorabatur, obsederit. Ob quam rem ad partes illas adeo repente et festinanter compulsi sumus accedere, vt non solum honorandi, sicut decet Paternitatem vestram, propositum ad tempus arctaremur obmittere, verum nec exercitum nostrum nobis fas esset expectare. Vnde quia non expediebat et maxime propter discrimen belli cursorem vestrum in illum tumultum introduci, ipsum ad vos remisimus, assumentes nobis, si Deus misericordiam nobiscum fecerit, onus transmittendi ad concilium episcopos Ruthenorum. Ad presens vero rogamus paternitatem vestram, vt cursorem cum litteris vestris ad cognatum nostrum L. ducem Polonie dirigere dignemini, commendantes cognacionem inter nos et ipsum mediante filij nostri et filie sue matrimonio contractam, inuitantes enim eundem, vt vna nobiscum ad defensionem Galicie contra impugnatores ipsius sit sollicitus, maxime cum iidem Galicienses, sicut regi suo super fidelitate, ita eciam super obediendo Romane ecclesie sacramento teneantur adstricti. Supplicamus insuper Sanctitati vestre, quatinus coronam auream regie dignitati congruentem filio nostro conferre et per latorem presencium fidelem nostrum in proximo transmittere dignemini, vt sicut vnccionem regalem a sede apostolica, ita et coronam a liberalitate vestra se recepisse gaudeat, ac per hoc magis fauorabilem se suis efficiat et conuicinis regni sui perpetuam stabilitatem pretendat. Latori autem presencium in ceteris Sanctitas vestra sicut et nobis fidem plenam adhibeat.

Monumenta Hungariae historica: Codex diplom. Arpadianus continuatus, XI, N. 227, str. 374 - Huillard-Bréholles, Examen des chartes de l'Église Romaine contenues dans les rouleaux dits rouleaux de Cluny, Paris 1865, 84.

h 3.

1219. 25.

[Semkowicz, T. 2, 5.]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Ivo miseracione diuina episcopus Cracouiensis, uniuersitati filiorum matris ecclesie salutem in domino Thesu. Cum ea, que in tempore geruntur, cum eo transeant et caduce fiant temporum acciones, innotesco futuris (et) presenti-bus super dotalicijs ecclesie de Paczanow: michi obla-tum fuisse priuilegium domini Mauri condam episco-pi Cracouiensis, qui in ordine successiue institucionis me antecessit septimus, quod ob inerudieratam formam priuilegiorum simplicis et rustice antiquitatis param aut nichil predicte ecclesie fore uidi profuturum. Quod tale fuit:

[1110-1117, 25-31. VIII.] „Ego Maurus Cracouiensis episcopus licet indi-„gnus confero Deo et beato Martino in dedicacione „eius ecclesie decimam de uilla, in qua eius ecclesia „sita est, et de Zabche, et de Tsgorsco, et de Yego-„lamcha et de Gurouo et de Goracouo et de Sche-„glino, et in Quassouo sortem Mangoldi. Semia-„nus autem patronus confert tabernam de eadem „uilla, decimum piscem, decimum uitulum, deci-„mum agnellum, decimum porcellum, decimum „caseum. Qui hoc immutauerit, anathema sit."

Ego igitur iuris equitate et comitis Jaroslai pia in Domino deuocione pensatis, eruderacioni ci-rografo cum consensu mei capituli ex ordine re-quisito, uetus nouo priuilegium innouando, confir-

./.

manu donacionem domini Mauri episcopi, predicte ecclesie in perpetuum tranquille possidendam. Hec autem publice acta sunt in capitulo Cracouiensi, ordinato in ministerium Jhesu Christi in eadem ecclesia: Visteslao decano, Boguphalo preposito, Andrea archidiacono, Benedicto scolastico, Laurencio cantore, Stanislao custode, ceterisque eiusdem capituli canonicis, utpote Woycone, Radulfo, Blasio, Martino, Johanne, Domano Wychardo, Stephano, Troyano, Petro, Gaudencio, Gregorio, Vito, Nicolao, Gocuino, Zawissa et Roberto. Anno Incarnacionis Dominice M°CC°XIX, epacta III, concurrente primo, in die Assumpcionis beate virginis Marie, anno pontificatus mei primo, regnante in Cracouia duce Lestcone. Ne qua igitur super predictis imposterum suboriatur calumpnia, meo et capituli mei presentem paginam sigillis communiui. Si qua ecclesiastica secularisue persona factum hoc attemptauerit infirmare, sciat se excommunicacionis uinculo innodari et cum Pilato in extremis porcionem recepturum.

Notificationes e curia principis episcopi Cracoviensis N. 1710 zr. 1894, IV, str. 57.

1219. Vizlic 13/II

[Grünhagen] 247 C. -26

Reg. Schles. Str. 106 I

P. preposito glagouiensi et T. cantori et A. canonico wratizlauiensibus iudicibus a sede apostolica delegatis, abbas de andreou et V. decanus et A. archidiaconus et C. scolasticus et G. canonicus cracouienses et N. prepositus de uizlic et E. scolasticus wratizlauiensis et d. frater de bresk salutem in christo. Noueritis quod in causa uobis delegata super cenobio sancti uincencij in wratizlauia inter fratres premonstratensis ordinis qui nunc sunt ibidem et monachos nigri ordinis qui illic fuerunt et fautores eorundem, uidelicet abbates eiusdem ordinis zelantes pro ordine ambe partes uoluntates suas in nostro posuerunt arbitrio. Nos uero diligenti habito tractatu tandem eosdem monachos cum prefatis abbatibus ad hoc deduximus, ut de iure quod dicebant se habere in predicto monasterio benigne cederent ordini premonstratensi et fratribus qui nunc sunt ibidem et ratam haberent amocionem eorundem monachorum factam sub sirozlao episcopo ad instanciam petri archiepiscopi patroni supersedentes liti et appellacionibus quas fecerant. Prefatos uero fratres premonstratensis ordinis ad hoc consentire fecimus ut gratuitam graciam facerent predictis monachis et ordini nigrorum cedentes ad honorem et utilitatem ipsorum et locus nigri ordinis de loco sancti laurencij cum suis appendiciis que nunc sunt, et decima uille que dicitur domaborouo adiungentes nichilominus XII marcas argenti hoc anno tantum ad instructionem eiusdem domus que propter guerram et quasdam mutaciones aliquatenus desolata uidebatur, et licet hec nostra ordinatio iuramentis partium sit roborata, ad uos tamen ipsam dirigere curauimus, ut auctoritate uobis commissa amplius

roboretur. Actum est hoc in presentia iuonis epi-
scopi cracouiensis, hugonis abbatis de uancoz,
bertholfi, bricij monachorum in die beati luce
in uizlic, anno domini millesimo ducentesimo
nonodecimo.

Dokument pargaminowy pisany na linijach więk-
szym charakterem. Na rzemykach pargaminowych wi-
siało pierwotnie 9 pieczęci z których dwie pierwsze
oderwane. Każda z nich ma na zagięciu współczesny
napis komu należy:
1. „Gregorij" 2. „dionisij". 3. „scolastici. c." okrągła
przedstawia popiersie: W okołu napis: ✠ S EGIDII :SCOLA
STICI:W Rąbek zakreślony jest cokolwiek wyniośliejszy,
jakoby był później wprawiony w miejsce wyciętego rąbka,
może opiewającego jeszcze na niższą godność kościelną Egidiusza.
4. „prepositi. u." Pieczęć podługowata wyobraża stojącą osobę
in pontificalibus z rękoma na piersi. W okołu napis: ✠ S
PREPOSITI WIZLICIENSIS. 5. „Epi. 7." Większa podługo-
wata bardzo zniszczona. Wyobraża biskupa in pontif. siedzącego
z pastorałem w lewej, prawą wzniesioną do błogosławieństwa.
Napis w okołu zniszczony. 6. „abbatis". Pieczęć podługowa-
ta wyobraża opata stojącego z pastorałem w prawej, z księgą
na piersiach w lewej. W okołu napis: ✠ SIGILLVM ABBA-
TIS·DEANDREO. 7. decanj. v." Pieczęć podługowata po-
przek na dwa podzielona pola. W górnem popiersie Matki Boskiej
z dzieciątkiem. U dołu osoba klęcząca z złożonemi do modlitwy rę-
koma. W okołu napis: ✠ SIGILL'. PET. DECANI·CRACOVIEN-
SIS. 8. „archid. a." Podługowata wyobraża jakiegoś świętego
z instrumentami. W okołu napis: ✠ SIGILLVM·ARCHID·
CRACOVIEN. 9. „scolastici. E". Ułomek okrągłej pieczę-
ci, z której tylko część okołu pozostała z napisem: DICT.

2 11. 1

Ingardis ducissa Slavie s.a.d. et l. (1220–1221)

27

Ingardis dei miseracione ducissa Slavie. omnibus tam presentibus quam futuris salutem et gratiam promereri. Cum humane condicionis fragilitas. semper prona in malum. res transitorias nimio amplectitur appetitu. tanquam hoc instabile seculum relictura omnia sit secum tractura. non attendens quam nudi venimus in hunc mundum. et utinam nudi a peccato illuc possumus reverti. ea vero. que proximorum sunt usibus deputata. rapere si poterit. sin autem [non poterit]. nichilominus appetere est parata. necesse est ut ea. que pro peccatis populi domino fideliter offeruntur. litteris vel testimonio bonorum hominum diligencius muniantur. ne vel per nubem oblivionis interpositam. temporis ex processu tradatur oblivioni. vel malorum hominum conamine ab eo possit aliquatenus alienari. Ego siquidem considerans pium esse. deum pro mortuis exorare. et quia largicio elemosynarum templi nichilominus sit accepta. pro

pro anima mariti mei Kazimari felicis recordacionis. ecclesie beate Marie virginis in Colbergh tres villas. Bogutin videlicet et Gharin et Sabow. vice filii mei Wartizlai. qui pro iuventute sua nichil novit de sublimibus ordinare pleno iure contuli ab omni liberas exactione. Ne autem hoc factum meum possit ab aliquo ulterius immutari. litteris meis et sigilli appensione duxi firmiter roborandum. Vestre autem notum sit propensius discrecioni. quia ad peticionem Uladizlai. ducis polonie. Thuringo castellano de Colbergh villam Bogutin pro tempore sub ea contuli condicione. quod si ipse locum in quo nunc est mutaverit. quoquomodo predicta villa ad prescriptam ecclesiam revertatur. Testes autem sunt. Domina senior. Conradus caminensis episcopus. Detmarus eiusdem ecclesie custos. Paulus ibidem Canonicus. Rogerius abbas in Uznam. Pallo abbas in Kolbaz. Zwantoborus filius Kazimari. Wartis-

Claus

laus filius Bartholomei. Janik de Camyn. Priznoborus in Stettin. Woizlaus in Stargard. et frater suus Unimka. Ztoyzlaus Zwirtsen. Sdizlaus tribunus in Colberg. Usemarus. Ubizlaus. in Wollin cives. Dusikray de Polonia. Winzlaus polonus. Ztarbis in Treptowe

1222. d. 6 Idus Februarii.

[Bunge, nr 180, s. 16. Reg.]

Ex Mss. Romanis opera P. P. Albertrandi collectis.

Epistola Honorii III Judicibus in Livonia.

Ex parte Venerabilis Fratris nostri. — Episcopi Ecclesiae Livoniensis nobis innotuit, quod Rutheni quidam veniunt inhabitare Livoniam, qui Graecorum ritu pro parte sectantes, Latinorum Baptismum quasi rem detestabilem execrantur, solemnitates et statuta jejunia non observant, contracta inter neophitos matrimonia dissolventes. Ne igitur, nisi talium insolentia compescatur, Schisma Graecorum suscitetur antiquum nos illud videamur sub dissimulatione fovere, mandamus quatenus hujusmodi Ruthenorum insolentiam auctoritate Apostolica compescatis, facientes pro neophitorum scandalo evitando ut praedicti Rutheni Latinorum observantiis constringantur ubi ritibus innitendo Graecorum separari a capite, hoc est a Romana Ecclesia dignoscuntur &c. Datum Lateran. VI Idus Februarii pontificatus Nostri anno VI.

1223

[Perlbach: Preuss. Regesten] 30
nr. 56

Procuratores Christiani filii Peterconis hereditatem „Ratzin" Christiano episcopo Prussiae XC marcis puri argenti vendunt.

Quoniam de gestis hominum sepe calumnio-sus exoritur scrupulus, Notum sit vniuersis, pre-sens scriptum inspecturis, quod nos Groko, Gro-konis filius, Creslaus filius Christiani, Dirsch-vvraus filius Gawarici, existentes procuratores pu-erorum filiorum Christiani, filii Peterconis, ac possessionum ipsorum, Ratzin cum omnibus attinencijs suis venerabili Domino Christiano Prussie Episcopo pro XC marcis puri argenti de consensu et consilio vxoris predicti Christia-ni et filiorum eius Swebori et Peterconis et omnium cognatorum suorum et nostrorum, in-euitabili necessitate vrgente, totum totaliter ven-didimus, eandem pecuniam pro exempcione ob-sidum persoluentes, qui pro eiusdem Christiani captiuitate in Prussia tenebantur, hac condi-cione certissime prelibata, vt hec vendicio a nulla in posterum superiore vel inferiore per-sona debeat vllo modo immutari, reuocari vel infringi. Vt autem huius rei factum per-petualiter ratum maneat et inconvulsum, Il-lustrium Ducum Polonie Dominorum Lestico-nis et Conradi, cum quorum consensu et in quorum presencia actum est, et nostrorum munimine Sigillorum atque quorundam No-bilium attestacione Virorum, qui eidem facto interfuerunt, dignum duximus esse roborandum. Horum autem virorum hec sunt nomina: Ar-noldus Palatinus chazouie, marcus Palatinus Sandomirie, Strazick Pincerna, Ostasius Castel-lanus Cracouie, Mistiwoy Castellanus Sandomi-rie.

Acta Borussica: I, 276.
(Transumpt w Królewcu – Perlbach: Reg. N. 56.)

4

1223.

dbl.

Quoniam de gestis hominum sepe calumpniosus exoritur scrupulus, notum sit universis presens scriptum inspecturis, quod nos Groto Grothonis filius, Creslaus filius Christini, Dirsicraus filius Goworicii, existentes procuratores puerorum filiorum Christini, filii Petriconis, ac possessionum ipsorum, Razyn cum omnibus attinentiis suis, venerabili domino Christiano episcopo Prutie pro XC marcis puri argenti de consensu et consilio uxoris predicti Christini et filiorum eius, scilicet Sweborii et Petriconis et omnium cognatorum suorum et nostrorum, inevitabili necessitate urgente, totum totaliter vendidimus, eandem pecuniam pro exemptione obsidum persolventes, qui pro eiusdem Christini captivitate in Pruzia tenebantur; hac conditione certissime prelibata, ut hec venditio a nulla in posterum superiore vel inferiore persona debeat ullomodo immutari, revocari vel infringi. Ut autem huius rei factum perpetualiter ratum permaneat et inconvulsum, illustrium ducum Polonie dominorum Lesticonis et Conradi, cum quorum consensu et in quorum presentia actum est, et nostrorum munimine sigillorum atque quorundam nobilium attestacione virorum, qui eidem facto interfuerunt, dignum duximus esse roborandum. Horum autem virorum hec sunt nomina: Arnoldus palatinus Mazovie, Marcus palatinus Cracovie, Pacozlaus palatinus Sandomirye, Strezek pincerna, Ostasius castellanus Cracovie (1), Mystivoy castellanus Sandomirie.

1/

1) Philippi: Preussisches Urkundenbuch T. I N. 50.

3 12 – 32

Wladislaus dux Polonie s. a. d. et l.
Kölner Cop. fol. 28b n. 60.

[Perlbach]

1228 – 1239.[1]

Wladislaus (Odonicz) Herzog von Polen befiehlt seinen Beamten die Mönche des Klosters Lad nicht durch Zollerhebung zu belästigen.

XXXIX.

Wladislaus dei gratia dux Polonie omnibus castellanis tribunis ac thelonearis sub nostri ditione constitutis salutem et gratiam. Notum vobis esse cupimus dilectos fratres Lyndenses Cisterciensis ordinis in nostram defensionem ac proteccionem suscepisse ubicunque locorum in terra nostra sive cum curribus sive navigio bona ac necessaria domus sue ducunt eosque ab omni exaccione thelonei ac iuris Polonicalis omnimodis absolvisse. Quocirca vobis mandamus, quatenus, ubicunque vel quocienscunque predictos fratres Lindenses cum bonis ac necessariis domus sue per thelonea ac castra vobis[a] commissa transire contigerit, in nulla prorsus[b] exaccione thelonei vel iuris Polonicalis nullatenus molestetis.

a) nobis K

b) Vorher prox ausgestrichen K.

1) 1228 Apr. 25 Zollbefreiung Wladislaws für Lubus Cod. Maj. Pol. I n. 121.

cop. et coll.
9. XII. 82. P.

5.

Wolnichuj.

1229. [27. I.]

[Kod. Tyn. nr. 7.]

In nomine sancte ac indiuidue trinitatis. Nemo prudens pia maiorum facta dissoluit vel impugnat. Omnibus enim que a maioribus pie sunt collata et confirmata pia debetur a successoribus reuerencia. Hac racione per Sancti Spiritus graciam inductus ego Henricus dux Zlesie et cracouie deuotam ac laudabilem patruorum meorum principum inclitorum mesiconis et lescconis largitionem qua monasterio apostolorum principis Sancti petri honore constructa tyncia vocato quandam uillam dictam Gradez perpetuo contulerunt sicut meorum priuilegiis inde ~~conf~~ plenius confectis continetur et innouo et confirmo. Scire cupiens nostros successores quod predictam uillam quidam comes nomine Segota sua presumptione contra iusticiam dei ac dictorum ~~priuilegiorum~~ principum priuilegia a monasterio iam dicto alienare temptauerat. Nobis igitur in cracouia ciuitate personaliter commorantibus post mortem patrui nostri ducis lescconis anno millesimo ducentesimo XXVIIII. accedens ad nostram presentiam dominus abbas lutfridus in predictum comitem Segotam suis non modicis querelis coram nobis est querelatus et nos deum solum habentes pre oculis cuius uniuerse

uie mia et ueritas per ipsum iustum iudicem secum
sedendo pro tribunali cum nostris baronibus in monte modico ad
ecclesiam sancti Michaelis die dominica sexto Kalendas februarii

falso priuilegio fore calumpniosum. abbatem uero eius priuilegia
iusto dei iudicio per omnia uertificauimus Et ne cuiquam uel supra-
dictorum tantorum principum erga religiosos tam uenerabilem
deuocionem uel nostre innouacionis iusti iudicii confirmacio-
nis robur temere uiolare liceat, presentem paginam perpetuis
ualituram temporibus auctoritatis nostre sigillo ac legitima
testium subscriptione communimus ac roboramus predic-
tam uillam grodez cum omnibus pertinenciis beato apo-
stolorum principi petro in tyncia conferentes perpetue do-
nacionis titulo animarum nostrorum seu suc-
cessorum. Siquis hec uiolare presumpserit a deo per-
petuo dampnandus. amen. Testes autem hii presentes fue-
runt Dux Soberlaus filius teobaldi ducis boemie. Stepha-
nus palatinus Wratezlauiensis, Marcus palatinus cra-
couiensis, Radoslaus iudex curie. Clemens filius Cle-
mentis andreas frater eius prepositus sancti
michaelis Dominus (?) abbas zuernensis Petrus
eius. Dominus Crisanus ~~zeal~~ subcancellarius.

 R.

Liber privilegiorum Monasterii Czirvenensis.

1229. Privilegium donacionis et confirmacionis bonorum Cochowo.

Quum sacrosancta mater Ecclesia de Czyrwensko non solum hostili feritate verum eciam falsi christiani pravitate cottidie cernitur perturbari, Igitur ego Grinisza (sic) relicta ducis Lesconis cum unico filio meo Boleszlawo compaciens affliccioni prenominate Ecclesie, pro remedio anime viri mei L.(esconis) innovo et confirmo tenendum perhenniter forum in Cochowo cum thabernis et transitu. Sdiwonem cum (1) omni posteritate et sorte sua, duabusque alijs sortibus cum omnibus appendencijs earumdem, nec non libertatem in eisdem sicut Henricus Sandomiriensis dux presente fratre suo duce Bolestao, prenominate Ecclesie contulit in consecracione lanciciensis ecclesie (1), quod vivente duce Casimiro, nec non duce L.(escone) jam dicto cum tranquillitate prenominata obtinuit Ecclesia. Ne vero cuiquam malignorum liceat hanc confirmacionem ausu temerario infringere presens Instrumentum sigilli mei munimine meorumque Nobilium firmiter corroboratum tradidi Domino Wencreslawo Abbati dicte Ecclesie: nominatim eis conscriptis qui tunc interfuerunt. Quorum nomina sunt hec: Pacoslawus Palatinus (Sandomiriensis) Misting Castellanus Wizliciensis, Jacobus Castellanus Sandomiriensis, Stresko pincerna, Adalbertus Castellanus Lublinensis

(1) Cf. Privilegium anni 1161 quod superius est exaratum. — Itaque inter hoc ~~praesens~~ privilegium ~~temporis ratione habita~~ et, illud antiquissimum anni 1161 cujus hic mentio fit ~~vulgo~~ ~~immediate fit, dicitur, excipere videtur, nam enim~~ 68 anni elapsi sunt.

NB. Ten dyplom w tym dopiero Tomie drukować można, w którym będzie przywilej z r. 1161, — obecnie nie u mnie lecz u p. Rzyszczewskiego zostający. —

Lublin. ffloriamus Castellanus Secechow. (censis) Dirsicraus Castellanus Callisiensis[x)] de Woynych (sic!) Vircisirus comes de Sarnov ?, Przecslaus comes de Chechow, dobes comes de Zawychosth, Miroslaus comes de Malogost, Jan filius Abrahe, Jacobus filius Nevse, Jascocel (sic) prepositus Sandomiriensis, Gosslaus Cantor, Johannes Archidiaconus, Sulislaws Canonicus Ecclesie ejusdem, Sulco Cantor Gnezdnensis. Blasius Archidiaconus de Lublijn, Wyslaws decanus Cracoviensis, Pucrslaws custos ejusdem Ecclesie, Hermannus custos Ecclesie sancti Michaelis de Cracow, Matheus Subcancellarius. Acta sunt hec domina Brimyslana colloquium faciente cum leviro suo duce Cunrado in transitu Pylcze de Wyrzbycza. Anno dominice Incarnacionis Millesimo CCXXIX (~~Millesimo ducentesimo vigesimo nono. 1229.~~) —

2) ?

x) winno być Sandecensis – i jest ten Dzierżykraj kapt. Sądeckim w r. 1228, zaś Kasztelanem Wojnickim mógł być w ów czas albo Smil, którego widzimy r. 1217 albo Sudo, który jest na tej godności r. 1233.

Gdzież oryginał ?

1. Co do przyjęcia ictem zdania aby tylko nastę-pujące wyrazy potoryć " Cf. privilegium anni 1161 sub N.ro — JSK —

(1) Z tego przywileju potwierdza się mój domysł, o poddanym Zdiwuy", który umieściłem w notce (4) do przywileju z r. 1161. — Okazuje się także z tego aktu, – iż text nadania z r. 1161. nie jest podejrzany. —

2.) Wątpię naprzód żeby ten Dirsicraus był Kasztelanem Kaliskim; – wspominany bardzo często w tego czesnych małopolskich aktach obok tych samych co tu świadków, (był podobno bratem Ostaszego Kasztelana Krakowskiego), – musiał być dygnitarzem Małopolskim. Prócz tego zaś, ~~[illegible]~~ Castellanus Calisiensis de Woynicz nie miałoby godziwego sensu; bo i Wojnicka była kasztelania, – i Wojnicz ani nie był prywatną dziedziną, – ani się też jeszcze wtedy u nas Panowie po dziedzictwach nie zwali. – Sądzę przeto, że po wyrazach Dirsicraus Castellanus a przed wyrazami de Woynych coś przekręconém i opuszczoném zostało. —

[Cod. Mas. Gen., nr. 306. Reg.]

Drukowano w C. D. I.

1231.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Licet in contractibus bone fidei equitas iuris suadet contrahentibus et fidei constantia, ea que inter contrahentes convenerint, firmiter observari; solet tamen vel per oblivionem vel per infitiationem quoque humane conditionis infirmitas veritate celando prevaricari. Valitura igitur in perpetuum per hoc memoriale instrumentum confirmetur permutatio quam ego Michael Kuyaviensis episcopus consensu nostri capituli ecclesie Sancte Marie Wlod. veteris feci, permutando villam que ~~Barko~~ Barchoviz vocatur cum abbate Willermo de Sylujo ceteris fratribus idem consentientibus recipiens pro villa nominata aliud predium Lybotin dictum quod situm est in mea dyocesi. Et q(uum) secundum pias constitutiones imperiales ne res sacre domus perpe-

ram alienari possint caveter tam ecclesie nostre quam sacri cenobii domus indempnitati hac permutatione prediorum sufficienter est consultum. Quantum enim memorata possessio, ex ~~distinct~~ distantia prediorum a limitibus suarum ecclesiarum tum sumptibus tum et variis vie dispendiis tum et principum perangariis ob magnum spacium terre quod hinc in(de) intercium terre quod hinc in(de) intervenerat raro adita et ob hoc minime defensata fatigari consueverat, tamen nunc permutatione facta villa de Barchoviz in vicino cenobii posita et villa de Lybotin in nostra dyocesi sita. secunda gaudent quiete. Sed ne legentibus

videatur hoc factum obviare voluntati principis noverint omnes qua scilicet magna liberalitate usus est dux Conradus cum filiis suis Boleslao, Kasimyro, Semovito, Zemomislo in absolutionem peccatorum et pro remedio animarum tam sue quam suorum conferendo villam Lybotin dicto claustro sic et

beni volentie sue beneficium non abstulit in facta permutatione et id ipsum etiam placet suis filiis, quod liquido apparet per appensionem sigillorum tam ducis Conradi quam filiorum suorum. Sed ne videar ego dux C. velle statum dicti claustri deteriorare sicut villam de Lybotin pro salute anime mee datam ab exactione publicarum & functionum immunem feceram sic etiam volo omnes scire, villam de Borchoviz esse liberam ab omnibus perangariis tam poradlne quam aliis omnibus quibus homines terre istius per ducales satellites gravari consueverunt. Et quia hoc factum tam ducali presentia quam consensu partium est roboratum, nullus unquam attemptet irritandum q. quisquis ecclesiastice indempnitati detrectare presumpsit, dei omnipotentis

indignationem in extremo sentiet examine. Acta sunt hec anno gracie M CC XXX IX in sollempnitate paschali agente sextum duce Conrado cum duce Logizlao in villa que dicitur Sgwyrz presentibus plurimis nobilibus Polonie. Cuiusque hominis bone opinionis et bone fame appensum huic instrumento sigillum fuerit, hi omnes testes sunt huius facti.

Z oryginału. Zawieszone dwie pieczęcie jedna Biskupa Kujawskiego drugo Opata. Obiedwie podłużne.

Dokument ten pierwszy raz wydru. Kowalew w Themidzie T. VI. ~~421. 422.~~ 419–421.

1233.

Gregorius episcopus [servus servorum Dei]. Karissimo in Christo filio C. illustri regi Sclavonie, salutem [et apostolicam benedictionem]. Inter ceteras apostolice sedis curas, quibus jugiter occupamur, cordi nostro est humilium relevare gravamina et subvenire oppressionibus viduarum, ut defensionis nostre munite presidio, a perversorum molestiis secure maneant et quiete. Sane dilecta in Christo filia nobilis mulier G. vidua ducissa Sandomerie, transmissa nobis petitione monstravit, quod cum nobilis vir C. dux Mazovie et filii eius, ac quidam alii eiusdem ducisse vassalli Cracoviensis diocesis, in presentia venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Gneznensis, et .. Cracoviensis et .. Wratislaviensis episcoporum, corporaliter prestito juramento firmarint, ut ipsam et B. filium eius et eorum bona defensantes ab impugnationibus aliorum, eam nullatenus molestarent: ipsi postmodum religione juramenti contempta, sue salutis immemores, ducissam eandem, ut sub simulate pacis et amicitie ficte vellere iniquitatem, quam conceperant, possent facilius exercere, ad iniquum invitarunt colloquium, ibique ipsam rebus omnibus turpiter spoliatam et inhumaniter gravibus afflictam verberibus, arcte custodie manciparunt, desolationi dantes et igni terram et alia bona sua, que manus potuerunt attingere vastatorum, pecuniam nichilominus, quam eadem ducissa apud quorundam religiosorum loca deposuit, secum nequiter asportando. Tantum igitur eiusdem ducisse nolentes, sicuti nec debemus sustinere gravamen, cum ipsam et eundem filium suum sub protectione sedis apostolice receperimus speciali, serenitatem tuam rogandam duximus attente et hortandam, quatenus ipsos ducissam et filium eius, terram et alia bona sua habens pro divina et nostra reverentia propensius commendata, ea tam a duce ac aliis supradictis, quam aliis etiam, qui eos contra protectionis nostre tenorem molestare presumpserint, tradita tibi potestate defendas. Datum Laterani X kal. Januarii, [pontificatus nostri] anno septimo.

In e. m. scriptum est nobili viro Henrico duci Zlesie.

<u>Theiner</u>: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Tomus I, Romae 1859, N. CCIV, str. 121.

6

Gregorius Pp. IX, 1236 Mart. 20, Viterbii; legato Sedis apostolicae mandat, ut querelas episcopi Caminensis contra archiepum. Gnesnensem, epum. Zwerinensem et alios cognoscat et sibi referat.
Theiner Vet. monum. Polon. I, Nr. 60.

Gregorius episcopus etc. venerabili fratri .. episcopo quondam Mutinensi penitentiario nostro apostolice sedis legato salutem etc. Sua nobis venerabilis frater noster .. episcopus Caminensis petitione monstravit, quod licet episcopatus suus, apostolice sedi sicut dicitur inmediate subiectus ab aliis convicinis episcopatibus olim fuerit certa limitatione distinctus, prout in apostolicis privilegiis ecclesie Caminensi concessis dicitur contineri, nuper tamen venerabilis frater noster .. archiepiscopus Gneznensis et Zwerinensis episcopus et quidam alii vicini episcopi quasdam partes et terminos sue diocesis per violentiam occuparunt et detinent in enorme sue ecclesie dispendium occupatos. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus, quatinus de prefatis terminis auctoritate nostra inquiras diligentius veritatem, et que inveneris,

nobis tuis studeas litteris fideliter intimare, ut super hoc procedamus, iuxta quod secundum Deum viderimus procedendum. Datum Viterbii XIII Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno nono.[1.)]

1.) Biskupstwo Pomorskie ~~Kamińskie~~ założone przez Bolesława Chrobrego podlegało aż do r. 1216 metropolji Gnieźnieńskiej, gdzie zostało bullą Innocentego Pp. III do metropolji Magdeburskiej przyłączone. (Zob.

Granice tego biskupstwa zostały oznaczone przez bullę Innocentego Pp. II z r. 1140 ~~Klemensa Pp. III w r. 1188~~ i sięgały ku wschodowi do rz. Łeby, a ku południowi obejmowały Szczytno, ~~później jednak~~, gdy Świętopełk około r. 1236 ziemię Sławieńską objął, ~~przyłączył~~ oddał ją i na nowo metropolji Gnieźnieńskiej. (Hasselbach Cod. diplom. Pomer. Nr. 63.) ~~[illegible]~~

Poznań, 21. XII. 85

Thomas epus. Wratislav. 1241 Aug. 27, Wratislavie; villam episcopatus ~~sui~~ dictam Czerniejewo cum villis episcopatus Poznaniens. cambit. 15
~~Transpt.~~ Wratislav. Arch. Capituli epalis. K 3. [Transsumpt.] ~~1241 August 27.~~ [Grünhagen] 39
Reg. Slgs. I str. 256

In nomine Domini amen. Ad pleniorem memoriam futurorum expedit, ut ea que sunt longevis temporibus duratura, literarum apicibus roborentur. Noverint ergo universi presencium habituri, quod nos Thomas Dei gracia episcopus Wratislaviensis una cum consensu nostri Wratislaviensis Capituli considerantes difficilimas exaciones decimarum in villis ac hereditatibus ad nostram ecclesiam pertinentibus, collocatis sub Poznaniensi diocesi prope Gneznam, propter ~~variarum~~ discrimina ac incommoda infinita cambium sive commutacionem facientes cum venerabili in Christo patre B., eadem gracia episcopo Poznaniensi villam Czirnino cum aliis possessionibus ibidem pertinentibus, que nostram tangebant ecclesiam, perpetuo tribuimus possidendam, pro nostra autem ecclesia villas seu decimas istarum villarum, ~~villarum~~ villam Hermanni, Coslinino [u?], Golinino, Poczkowo, Bonowo, Ceszkovo diocesis Gnesnensis (sic) susceperimus, sitas in metis nostre Wratislaviensis diocesis et Gnesnensis. Nos vero Thomas episcopus Wratislaviensis una cum consensu nostri Capituli in nostrarum remedium animarum fundantes ecclesiam in Coslivino in honorem ~~S. Joh. Baptiste~~ sancti Johannis Baptiste et in honorem beate Hedvigis, quod Sdunki alio nomine nuncupavimus, decimas predictarum villarum cum decima ville que Piszice appellatur, quam Msciborius judex Cracoviensis curie etiam eidem ecclesie contulit,

Mf.

procuravimus condonari. Insuper decimam ibi-
dem in Sdunki cum duobus magnis mansis
liberis, molendinum cum piscina et silva(m) a su-
periori rivulo, ubi Con seu cumulus lapidum
vulgariter nuncupatur, usque ad finem silve
que Ponicla [cula?] (sic) dicitur versus viam que ducit
de Brezebrezisko in civitatem Sdunki, a sinistris,
cum mellificiis et utilitatibus omnibus dicte silve,
decimam insuper fabrice in eodem rivolo (sic) sive
fabrica sive molendinum locatum fuerit, semper
decima ecclesie nullatenus denegatur. Preterea
unum macellum carnium et unum panis ibi-
dem in Sdunki prefacte ecclesie tribuimus
perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium
presentes scribi jussimus nostro nostrique
sigillo Capituli ~~jussimus~~ fecimus? communiri. Actum
et datum Wratislavie anno Domini ~~Mill.~~ millesimo CC° qua-
dragesimo primo, quinto Kal(endas) Sept(embris) presentibus
testibus infrascriptis, videlicet Conrado preposito,
Andrea decano, Semiano archidiacono, Nicolao
custode, prelatis Wratislaviensibus, Nicola
cum fratre Symone de Debna et de Crzan, Moi-
borio de Piscice judice curie prefate, Szrebkone
de Brzebeczko [u?] (sic) ac multis aliis fidedignis

~~Aus dem Transumt im Domarchiv zu Breslau~~

[D. A. K. 3]

Czirnino m. Czerniejewo. Villa Hermanni nie odgadnione, pewnie część m. Zduny. Coslinino część m. Zdun. Golinino może Golejewo. Porzkowo, Baszkowo. Bonowo ~~może Konice~~ (Bonowo p. Jutrosinem). Ceszkowo nie odgadnione. Sdunki m. Zduny. Piscice Pierzyce. Brezebrezisko, Trzebicko. Rivulus nazywał się według Nr. 2056 Chachelna. Debna Dębno. Crzan, Chrzan.
Fgetur transpt. ma denegatur. Wiersz zam. fecimus transpt. ma iussimus.
Transumpt powyższy, ~~jak się~~ bardzo niedbale sporządzony, nieznający mianowicie kilka razy chaczęsto Poznania z Gnieznieńskiego, dał powód do następujących poprawek w ~~pod~~ naszym tekście:
Wiersz zam. viarum transumpt ma variarum. Wiersz B(ogufało)
transpt. nie ma. Wiersz que transpt nie ma. Wiersz zam. nuncupatus
transpt. ma nuncupatur. Wiersz zam. silvam transpt. ma silva. Wiersz zam. dene-

ddl

Str: 142 – 144.

1242. In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Cunctis liquet mortalibus, quae volubilitate temporum agitantur, quod longi tractus temporis, parit antiquitatem, antiquitas oblivionem rerum actarum. Quamobrem necesse est, ut res digna memoriae scripto debeat commendari, quo canescens antiquitas, cretrius valeat renovari. Ego igitur Premyslus Dei gratia Dnus Poloniae, cum fratre meo juniore Boleslao, et cum dilecta Matre Nostra, Dna Helinga, notum facimus, tam praesentibus, quam futuris, praesens scriptum intuentibus, quod ad honorem Dei, in memoriam et remedium animarum Nostrarum, consentientibus Venerabili Patre nostro Dno Fulcone Archiepiscopo Gnesnensi et Suo Capitulo, consilioque Baronum nostrorum dedimus Hospitale Nostrum Gnesneñ sancto Sepulchro Domini, sub regimine et gubernatione Domini Henrici Praepositi Domus Miechoviensis Suorumque Successorum jure perpetuo possideñ. Qui jam dictus Praepositus, per virum honestum et providum, Rectorem industrium tenebitur providere, ne Elemosynae, pro dicto

hospitali collatae negligantur, et inutiliter dissipentur. Si vero talis (quod absit quidem) Magister esset, qui nec Deo, nec domui suae utilis comprobaretur, ad nostram petitionem, ex Domini Archiepiscopi authoritate, et Capituli sui amoveatur, si tamen Canonice convictus fuit, et comprobatus, et alius Magister idoneus, a praeposito Domus supramemoratae substituatur, qui favorem Dei et hominum, quantum Deus dederit, sciat conservare. In hospitali autem praedicto, sicut jam diximus, ob remedium animarum praedecessorum, Successorumque nostrorum, cum in statum bonum fuerit instauratum, infirmi cuncti eleemosyna indigentes, non raptores, non violenti, debent pro facultate domus recreari. Aliqui etiam scholares pauperes, ibi tenebuntur confoveri in expensis, non in vestimentis, nisi pro voluntate Magistri Hospitalis. Et quia peccatis nostris exigentibus, modernis in temporibus, frigescente charitatis igniculo plures inveniuntur invasores domorum spiritualium, quam adjutores, sive defensores, Nos in his, quae ad laicam manum pertinent, Dnum autem Archiepiscopum in spiritualibus, cum suo Capitulo, tanquam veros haeredes volumus esse defensores. Actum

et datum Anno Gratiae, Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Secundo in Ecclesia praedicti Hospitalis in Gnesna in die B. Floriani. His testibus praesentibus: Dno Joanne Decano, Christiano Custode, Andrea, Thoma, Stephano Cancellario Ducis, Vincentio et Petro fratre ejus, Isaja, personis et Canonicis Gnesnen. et pluribus aliis Canonicis, et Vicariis et his Baronibus: Bogumilo Dzies, Raio, Palatinis: Petrinde Castellano Gnesnensi, Thoma Castellano Posnaniensi, Damarato Judice et aliis pluribus militibus Fratribus Praedicatoribus, Gregorio et Petro Hasingo: quibus mediantibus haec facta dignoscuntur. Hae autem villae sunt Hospitalis istius: Zdziechowa cum suis adscriptitiis, Klecowo, Chmielno, Pawlowo, et Przesieka, Kundlowo, Wujast, Taberna in Kleck, Jezierzany, cum pleno lacu, et molendino, et castoribus libere capiendis, Grasim, et cum lacu nomine Kublowo, et suis omnibus utilitatibus, Losne, Kunikowie et Pomerium circa hospitale. Hae sunt villae, quae exceptae sunt circa unam viciniam, quae liberae sunt: Kuchrzyno, Przesieka, Jezierzany, Zdziechowa, Wujast, ita quod venatores cujuslibet officii, non recipiant neque canes nostros pa-

scant, neque podwady dent, et ab omni expeditione, et Castrorum munitione, et ab aliis omnibus expeditionibus, et Solutionibus, eos taliter reddimus absolutos.

[Kwartalnik Historyczny R. 40: 1926, s. 193]

16.
42

Premizl dux Polon. 1243 Febr. 25, in Gnezna;

Perg. oryg. u którego na sznurze jedw. czerw. przywieszona pieczęć księcia Władysława Odonica (piecz. XI.) z napisu ~~na której~~ czytelne: + Wolodizla... a w wewnętrznym otworze: ...orcdu... st+. Szylew p. Kcynią. Własność Kościoła parafialnego.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Premizl divina permissione dux Polonie cum dilecto fratre meo Bolezlao iuniore et cum karissima matre nostra domna Hadwige notum facimus omnibus Xristi fideli[bus] tam presentibus quam futuris quod in remedium animarum nostrarum et patris nostri nec non om[nium] predecessorum successorumque nostrorum contulimus villas Dambagora Srilevo et Sirzeo ad honorem Dei et sancte Marie sanctique Petri monasterio Lucnensi et sancto collegio ibidem famulanti Deo iure heredita-rio in perpetuum possidendas quibus villis hanc conferi[mus] libertatem ut nec podvorowe nec strosam nec povoz nec c[e]teras iniquas exactiones solvere teneantur hoc firm[iter] servari percipientes ut coram omnibus castellanis [et] aliis iudicibus citati non astent nisi coram nobi[s si]gillo nostro provocati. Quicunque autem hoc felix factu[m]

8

ostrum irritare vel ausu temerario contraire presumpserit
ndignationem Dei omnipotentis et nostram se noverit incur-
surum. Et quia sigillum nostrum ad presens non habuimus
sigillo patris nostri presens scriptum curavimus commu-
nire. Datum anno gracie Mº. CC. XXXXIII feria tercia ante
Cineres in Gnezna.

Dorso napisano ręką, współczesną: Dux premizl cum fratre Boles-
o et matre domina Hadwige dedit Dambogora Grilowe et
incko.

—

17

Fr. Henricus de Wida preceptor domus Theuton. etc. 1243 Aug. 28 in Iuveni Wladizlavia; -43-

[Perlbach: Pomer. Urkund. I nr 423] regest v druk

Nos frater Henricus de Wida preceptor domus Teuthonice in Pruscia notum esse cupimus universis, quod de fratrum nostrorum consilio et consensu necessitate adversitatis compulsi, quam nobis et sancte matri ecclesie dominus Swantopolcus dux Pomeranie iniuste ingerit et ingessit nec cessat ingerere, fedus inivimus contra eum et contra suos adiutores cum domino Kazimiro duce Cuiavie et cum fratribus eiusdem S[wantopolci] dominis videlicet Samborio et Ratiborio, quibus etiam iniuriatus est supra modum. Compromisimus enim sub iuramento astare fideliter ipsi nobis et nos eis iuvareque ad invicem, quam diu ille hostis noster vixerit vel quousque compulsus fuerit exulare, sive usque dum inimicicie iste per compositionem fuerint sopo-rate. Que compositio nunquam fiet sine consensu partium ipsorum et

9.

nos-

nostre et nisi iusticia fiat ab eo dominis ducibus Polonie Conrado et aliis, quibus ad huiusmodi sumus specialiter obligati. Nulla ergo pars aliquas cum eo treugas faciet, nisi alie partes voluerint consentire. Promisimus autem ut si dominus Samborius contra ipsum fratrem suum inimicicias exercuerit manifestas actionibus, que ad probationem sufficiant, vel si uxores militum suorum et liberos in Culmen duxerit, ipsi et suis castrum Sartawiz mox tenebimur presentare, ita ut, sicut promisit alio in tempore, nec in terra nec in aqua sue dominationi subiecta de nobis vel de nostris hominibus unquam accipiat pedagium vel theloneum, quod et ei promisimus e converso. Item si dominus Ratiborius contra sepedictum fratrem suum similiter fecerit inimicicias, sicut dictum est, exercendo vel uxores militum suorum et liberos in Cuiauiam transferendo, dominus dux Kazi-

mirus

mirus predictus statim eum cum suis tenebitur intromittere in castrum Wissegrod et in alia, quecunque Pomeranie sunt vicina, quam diu bellum duraverit pretaxatum. Ut autem hec omnia eo firmius teneantur, promissum est ex omni parte, ut quecunque pars alicui predictarum promissionum infringendo eam presumpserit contraire, ipso facto subiecta sit excommunicationi domini Cuiawiensis episcopi, qui est et qui erit pro tempore, ita diu, quousque transgressionem suam correxerit et emendaverit competenter. Testes, qui aderant, sunt hii: dominus Mychael Cuiauiensis episcopus, Petrus prepositus Wladizlauiensis, Rodegerus decanus Cruscwicensis, Bogusa castellanus Wladizlauiensis, Martinus castellanus Cruscwicensis, Cesszlaus iudex domini Kazimiri ducis Cuiauie, Nycolaus thesaurarius eiusdem. Acta sunt autem hec in iuveni Wladizlauia in domo fratrum Minorum, anno gratie M°. CC°. X°LIII°. quinto Kalendas Septembris, indictione prima.

24/3

1244. ~~1243~~

Innocentego IV

brewe ~~bulla~~ bulla nakazująca unikanie obcowania z tymi, którzy po professii z zakonu wystąpili. —

[Potthast] Reg. Pont. I. nr. 11305 -45-

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris (archipbris) et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos litere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectorum filiorum, magistri et fratrum ordinis predicatorum precibus inclinati, per nostras inhibuerimus literas, ne quis post professionem eidem ordini factam, ab ordine ipso sine sui prioris discedat licentia et discedentem absque cautione communium literarum prioris et fratrum ipsorum auctoritate alicuius privilegii, ab apostolica sede indulti, nullus audeat retinere, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus quoslibet contra inhibitionem nostram ab ipsorum fratrum ordine discedentes et propter hoc excommunicatos ab ipsis usque ad satisfactionem condignam artius evitetis et faciatis ab omnibus evitari. — Datum Laterani VIIII kalendas aprilis pontificatus nostri anno primo. —

24/3

Pierwopis na pergaminie spisany – obejmuje 10. wierszy. – Na lnianym sznurku wisi ołowiana pieczęć – (S. W. SPA SPE i dwie głowy oddzielone krzyżem papiezkim – SO. Innocentius pp. IIII)

1244. [Danczow.]

† domine

In nomine † Dei aeterni amen. Cum
vota quae a rationis tramite non
discordant effectu consequenti de-
siderent, cum etiam iustis pe-
tentium desideriis iuris ratio fa-
cilem praeberi persuadeat assensum.
Ea propter nos Henricus Dei gratia
Dux Cracoviae ~~et~~ ac etiam Sile-
siae notum facimus tam presen-
tes quam futuris, quod petitione
Comitis Theodori palatini Craco-
viensis inclinati sibi Teutoni-
cos locandi in silua circa flu-
vios qui sic vocantur concessi-
mus Ostrowsko, Dunaiec et
Dunaiec niger, Rogoznik, Lipet-
nica, Slona, Ratainicza, No-
delsedka, Stradoma, quantum
est de silua ipsius. Dantes
etiam sibi his partis et his con-
ditionibus uti, quibus Teutonici
Slesenses utuntur in silvis lo-
candis in dicta silua qua-
lescunque fuerint locandi inha-
bitatores, praestantes sibi ab om-
nibus in silua nominata anga-

riarum scilicet et perangariarum absolutionem. Ita etiam quod in eadem silua homines locati coram nullo alio, quam coram suo domino et eius sculteto iure teutonico ipsis in omnibus suffragante cogenti sunt litigare, excepto iure ducali, quod est decisio capitis vel membrorum mutilatio, quod nobis nostrisque successoribus reseruamus. Ut autem haec nostra concessio in perpetuum robur autore domino firmitatis obtineat, praesens proinde documentum sigilli nostri corroborauimus impressione. Datum in Danczow anno ab incarnatione domini Millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

Michael Cuiaviens. et Henricus Culmens. episcopi 1248 Dec. 8,

Vniuersis presentes litteras inspecturis. M. Cuiauiensis. et H. Culmensis. dei gratia episcopi. salutem in domino. Cum ad instantiam nobilium uirorum. Samborii et Ratehorii fratrum. ducum Pomeranie. vir venerabilis Jacobus. Leodiensis archidiaconus. domini pape capellanus. ac ejusdem in Polonia Pruscia et Pomerania vices gerens. nobis presentibus semel et iterum diligenter monuisset in diuersis diebus nobilem uirum Swantupulcum. ducem Pomeranie. ut dictos fratres suos Samborium et Ratheborium. quos de dictis terris ipsorum. sicut manifeste constabat et sicut Swantupulcus etiam non negabat. eiecerat uiolenter. ad easdem terras reciperet et restitueret. et dictum Ratheborium quem captiuum tenebat a ~~easdem terras reciperet et restitueret~~. uinculis liberaret. vel in crastino

sancti

10.

sancti Nicolai in Thorun. ubi igitur Marolus. capellanus dicti Suantupulci. literas clausas eiusdem Swantupulci ducis presentauit dicto archidiacono in iudicio sub hac forma:

Reuerendo in christo patri. domino I. archidiacono Leodiensi. apostolice sedis legato. S. dei gratia Pomeranorum dux. promptam ad omnia cum obsequio uoluntatem. Sicut a uobis recepimus in mandatis. causas litis et dissensionis inter nos et S. fratrem nostrum conscriptas vobis per Maroulum capellanum nostrum transmittimus. rogantes affectuose. ut ipsas de manu ipsius recipientes petitiones nostras per ipsum uobis porrigendas de supereffluenti gratia taliter exaudire curetis. ut uestram honestatem possimus et debeamus semper ex debito commendare. Si autem Merulus presens non fuerit. loco sui Dargozlaum capellanum nostrum recipiatis. super premissis fidem adhibendo eidem.
Cum autem dictus archidiaconus a

dicto

dicto Marolo in iudicio quesiuisset si alias litteras haberet. constanter asseruit. quod alias non habebat. Sed quasdam cedulas non sigillatas sed consutas exhibuit sub his verbis:

Reuerendo in christo patri. domino I. archidiacono Leodiensi. domini pape capellano. eiusdem in partibus Polonie Pomeranie et Pruscia uices gerenti. S. dei gratia Pomeranorum dux. promptam ad omnia cum reuerentia et obsequio uoluntatem. Cum a uobis recederem dedistis mihi in mandatis ut fratrem meum S. ante festum beati Nicolai dominio suo restituerem. uel in crastino post Nicolai uobis in Thorun excessus suos scriptis significarem. vnde tactus dolore cordis pro eo quod fratris mei infamiam propalare deberem vobis. gemebunde cogor significare. quod cum olim pater meus in articulo mortis positus esset. commisit mihi fratrem meum cum terra sua. et eum viginti annis in curam reciperem. et terram suam tamquam

meam regerem. Me vero renitente dixit pater. fili noli separare ab illa dilectione qua te semper dilexi. Victus tamen precibus patris fratrem in curam recepi. Deinde dixit fratri meo. fili tibi districte precipio. ut obedias per omnia fratri tuo seniori. sicut et mihi. quod si non feceris. cito te ante iudicem uiuorum et mortuorum. Quo pacto fratrem meum duodecim annis sicut melius potui procuraui. Quibus expletis anno tertio decimo fratrem meum dominio suo cum fraterna dilectione restitui. Qui cum dominaretur terre sue. fedus iniit cum Prutenis. in meum preiudicium et grauamen. Voluit etiam cuiusdam Pruteni filie copulari nomine Preroch ad terre mee lesionem. Precepit etiam militibus suis. ut clanculum prutenis preberent transitum per terram suam. ut terram meam occulte deuastarent. Quo facto quidam miles nomine Suis Warten miserie christianorum condoluit. et dissua-

dendo

dendo dixit. hoc nunquam debere iusto heredi fieri et domino seniori. Cum vero talia prefatus miles dixisset. frater meus pudore tactus talia dissimulauit. et in clanculo tamen terram deuastare permisit. Post hec inito consilio cum prutenis cum quodam theutono agnomine Spicenagel. ut pro nobilibus terre sue hereditatibus me cum meis baronibus ad nauem suam inuitaret et propinaret. ut dum cum eis ibidem discumberem gubernator eleuato uelo me ad terras alienas captivum deduceret. Sed cum taliter me deducere non posset. ipse cum aliis quibusdam maleficis posito colloquio ibidem me capere uoluerunt. Sed cum nec sic proficeret. discordiam excitauit inter barones meos. ut sic saltim malum michi procuraret. Post hec autem misit ad me magistrum H. agnomine Balconem. per quem michi fraternam pacem dedixit. His taliter peractis. fratres domus theu-

tonice mecum discordare fecit. sed ad decipiendum me coram palatino meo Gneumaro dixit. frater ideo me fratribus domus theutonice familiarem reddidi. ut si aliqua tibi mala procurarent. tibi reuelarem. et propositum ipsorum intellexi. quod castrum quoddam nomine Prenozlau ad lesionem tuam edificare disponerent. Talia et talia dixit. ut et facilius me cum fratribus supradictis discordare faceret. Post hec cum eisdem fratribus castrum quoddam nomine Gordin cepit ad lesionem totius Pomeranie edificare. et exercitu contra me congregato. se cum prefatis fratribus in castro eodem recepit. Predictus uero exercitus non mea potentia. sed iusto dei iudicio fuit deuictus. Ego uero accedens ad predictum castrum dei nutu optinui eius munitiones. et cum malum pro malo eis reddere potuissem. fratrem meum una cum eis liberum abire permisi. Ipse uero relicta terra propria fratribus supradictis semper ad lesionem meam adhesit. Et cum ibidem

(minus

minus me ledere posset. Cassubiam in-
trauit. et inquantum potuit. terram me-
am inuamine Cassubitarum deuastauit.
Deinde accepto consilio cum fratre meo Ra-
theborio. ut castrum meum Slanciam ca-
peret. antequam conuenirent. incidit in
m[anus] militum meorum Samborius.
Et cum in predicto castro captiuus teneretur.
in festo Parasceve ipsi fraterne condo-
lui. et conuocatis militibus meis. coram eis
propter festum Pasce ipsum terre sue li-
bere restitui. Post duas uero ebdomadas con-
uocatis monachis Cisterciensis et Premons-
tratensis ordinis. et fratribus predicatori-
bus. et omnibus tam clericis quam laicis.
terram propriam coram abiurauit. ita
videlicet ut si de cetero se in aliquo mi-
hi opponeret. Hec omnia irritauit. et us-
que ad aduentum uestrum aduersarius
meus semper extitit. In principio guerre
mee frater meus R. ad seggestionem epis-
copi Cuiauiensis et Samborii castrum suum
Belgard firmissime muniuit. et cum om-
nibus quos habere poterat terram meam

Stupsth

Stupsech dictam hostiliter inuadens bo-
nis omnibus spoliatam occupauit.
Sed eo concedente qui iniuriose op-
pressis adesse consueuit. idem castrum
cepi et succendi. Tunc idem R. frater
meus. uidens quod me superare non
posset. penitentia ductus ueniam postu-
lauit. et ego misericordia motus ip-
sum dominio suo restitui. Postea cum
Episcopo Cuiauiensi et sepedicto S. fra-
tre meo. ac ducibus Polonie taliter
conspirauit. quod iidem duces in terra
mea castrum edificare deberent. Et cum
ego eos ab eodem loco repellere contendere-
rem. et iam dictus R. frater meus a tergo
super me subito irruere deberet. et me cap-
tiuare uel interficere. huius traditio-
nis procurator et baiulus per terram
meam iter faciens a meis detentus pre-
missa omnia recognouit et recognoscit.
et sic pater misericordiarum meam at-
tendens innocentiam mihi in eodem
preuauit. — Porro apertis litteris supra-
dictis coram. nobis a dicto Archidiacono

ducis

ducis superius memorati. propositum fuit coram eodem Archidiacono in iure pro parte Samborii et Rathëborii predictorum quod ex quo dictus Marolus alias litteras non habebat. illas penitus non ualere ad ea. que debebat dictus dux proponere per se. uel per procuratorem idoneum illa die. Primo quia littere clause erant. Secundo quia non constituebat dux procuratorem aliquem per easdem. Tercio quia non erat ibi certus nunctius nominatus. sed expressum in eis quod si Marolus non esset presens. Dargozlaum nunctium faceret loco sui. Quarto quia euidenter per easdem litteras apparebat. predictos Marolum et Dargozlaum a dicto Duce nullum mandatum super hoc recepisse. Quibus auditis a dicto Archidiacono et plenius intellectis. de bonorum virorum consilio dictus Archidiaconus interloquendo pronunctiauit. predictum ducem esse penitus. contumacem. Et quia dictus Archidiaconus ad hoc specialiter nos uocauit. vt ui-

deremus cum ipso et audiremus predicta. nos ad petitionem ipsius Archidiaconi presentibus sigilla nostra duximus apponenda. in memoriam et testimonium predictorum. Actum anno domini m°. cc°. xl°. octauo. feria tercia post festum beati Nicolai.

[illegible]

[illegible]

[Dok. Kuj. Maz., nr. 5, s. 244.]

Premisl dux Polonie 1249 Apr. 13, in Ovensco;

Perg. oryg. u którego na płaskich plecionkach półjedwabnych 2 pieczęcie przywieszono. 1-sza okrągła, mała okazuje godło Sędziwoja fundatora klasztoru w Obrze (Piecz. ~~XIII~~ LXV) przywieszona krzyżem do góry. 2-ga Przemysława Ks. (Pieczęć ~~XIII~~ LXX) na której u złożonej lancy ~~wyraź~~ widoczny proporzec podlatujący w górę.

Berlin. Königl. Geh. Staatsarch. Templerorden.

In nomine sancte Trinitatis et individue unitatis amen. Nos Premisl Dei gracia dux Polonie omnibus tam presentibus quam futuris hanc presentem paginam inspecturis et audituris salutem in quo et per quem omnium salus. Quoniam facta mortalium temporalem quidem secuntur motum labilique excidunt memoria atque ea mater oblivionis scilicet vetustas in ambiguum ducit, utiliter provisum est sapientum examine hec litteris ac testium confirmatione communiri. Hinc est quod in nostra scilicet supranominati ducis P. presentia nobilis matrona uxor condam comitis Petreconis de Lauk una cum nepotibus ipsius Hocemiro videlicet et Petrecone de sua non ficta voluntate contulit fratribus Templi Iherosolimitani ob amorem Ihesu Cristi et ob remedium anime viri sui et omnium parentum suorum

11

villam in terra nostri ducatus que vulgariter Kron nominatur iure hereditario in perpetuum possidendam. Igitur nos predictus Premisl donationem prefate matrone et nepotum ipsius ratam et firmam habentes damus plenam libertatem iurisdicionis nostre cum consensu baronum nostrorum ville predicte magistro Templi milicie et omnibus hominibus eius. Ut igitur donatio predicte matrone et nepotum eius et nostre libertatis collatio futuris temporibus et presentibus inviolabili perseveret, presens scriptum sigilli nostri appensione duximus roborandum subductis et subvocatis testibus quorum hec sunt nomina comes Eustachius castellanus de Velen, Petrus filius condam Detlepi cum duobus filiis suis Bogusa videlicet et Blisborio Baran Boguslaus filius Iarosti Ianeck filius Tholomei dominus Petrus dictus Artungus et frater Sulislavus predicatores domus Poznaniensis Vincentius filius Matelini canonicus Poznaniensis ecclesie et Michael clericus nostre curie qui ad mandatum nostrum hiis interfuit et ista conscripsit. Datum et actum in Ovensco villa matris nostre senioris ducisse Hadewigis anno Domini M. CC. XL nono in vigilia beatorum Tiburtii et Valeriani.

Aleksandra IV

Potthast nr 11296 pod daty 1244 r. 22/III znaczy IV

Kop. 1/54

1256 5/5 bula, dozwalająca przyjmować osoby suspendowane, interdykowane lub ekskomunikowane do zgromadzenia z. kazn.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, magistro et prioribus ordinis fratrum predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Coelestis amor patrie mentes vestras sic allexisse perspicitur, ut quasi hoc solum delectationem vobis tribuat, quod divine voluntati sit placitum et salutem proferat animarum. Procedit ex hoc, quod nos vestris piis petitionibus favorem largiri benivolum delectantes, maxime cum ex apostolici cura teneamur officii circa religionis augmentum, attenti et vigiles inveniri, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut volentibus vestro agregari colegio, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationum sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium iuxta formam ecclesie impertiri, et ipsos in fratres recipere, ac eos qui post assumptum habitum recolverint se talibus in seculo fuisse sententiis innodatos secundum formam ipsam absolvere valeatis. Ita tamen, quod si aliqui ex eisdem huiusmodi sententiis propter debitum sunt astricti, satisfaciant ut tenentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario

/.

contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpse„
rit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum
Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursu„
rum. Datum Laterani III nonas L Maii pontificā„
tus nostri anno secundo. ~

Pierwopis pergaminowy obejmuje
wierszy. – na żółto-czerwonym jedwa„
bnym sznurku wisi ołowiana pieczęć
(S.W. SPA SPE i dwie głowy oddzielone krzy„
żem papiezkim S.O. Alexander pp. IIII)"

1256
3/8

Bula Innocentego IV Alexandra IV względem odprawiania mszy św. w miejscach interdykowanych. –

Alexander episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis magistro et prioribus ac fratribus ordinis predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Vobis assidue regnum Dei querentibus id a sede apostolica digne conceditur, per quod spirituale gaudium vestris cordibus oriatur. Nos itaque vestris precibus devotionis inducti, presentium vobis auctoritate concedimus, ut cum ad loca perveneritis ecclesiastice supposita interdicto, divina in ecclesiis, in quibus illa ex indulto sedis apostolicae celebrantur excomunicatis et interdictis exclusis non pulsatis campanis, clausis januis et voce suppressa celebrare possitis, nisi contigat id vobis specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagnie III non. Aug. pontificatus nostri anno secundo.

Pierwopis spisany na pergaminie obejmuje 12 wierszy. Na

-55-
Kop.
Potthast
n. 16511

czerwono-żółtym sznurku ołowiana
pieczęć na której na odwrotnej stronie
napis: Alexander pp. IIII

1256
21/8

Bula Alexandra IV dozwalająca OO. Dominikanom w podróży na przenośnym ołtarzu mszę odprawiać

Alexander episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis fratribus de ordine predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Postulastis a nobis, ut cum extra villas et civitates frequenti existatis, nec vobis expediat per huiusmodi loca discurrere pro divinis officiis audiendis celebrandi vobis ubi convenienter de ordine vestro fuerit, super altare portatile licentiam prebere mus. Nos autem id vestris postulationibus inclinati concedimus sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagnie XII kal. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

Pierwopis na pergaminie pisany obejmuje 9 wierszy. Na czerwono-żółtym jedwabnym sznurku wisi ołowiana pieczęć na której na odwrotnej stronie napis: Alexander pp. IIII

Kof -56

Potthast nr. 11301
25/III 1244
Innocent IV

Archiwum teologiczne. Wydawane przez Ks. Zabczyńskiego. W Poznaniu 1836.

p. 359. 1257. Boleslaus dei gratia dux poloniae, notum facimus tam presentibus quam futuris quod Nobilis vir frater noster bonae memoriae Illustris princeps Premysl, Dei gratia dux polonie, in ultima voluntate constitutus, sana mente sanoque consilio salubriter cogitans de salute animae suae.... villam Buk integraliter cum civitate et capella et cum omnibus hominibus ibidem habitantibus, sibi obnoxiis .... cum pleno iure et dominio, Ecclesiae Beati petri in poznan ad custodiam contulit ... Nos tam piam et devotam ... donationem ... devote confirmamus... Ut autem et Nobilis viri fratris nostri donatio quae per ipsum rite et legitime est facta per nos in perpetuum firmiter et inviolabiliter consistat, praesentem paginam in testimonium huius facti sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum in poznan ... praesentibus Comite Dzierzko Judice Magno Curiae nostrae, domino Joanne Cancellario curie nostro ... Matthia notario nostro, qui de nostra voluntate et mandato ad idem privilegium apposuit nostrum sigillum.

Str. 361 1277. Nos Boleslaus Dei gratia dux polonie notum esse volumus ... quia talem cum dilecta coniuge nostra, domina Jolenta eiusdem poloniae ducissa, fecimus commutationem, villam que Kypsow vulgariter appellatur de vicinia, quae Rede dicitur, excipientes, viciniae ammplius non continendi, ipsam ab omnibus exactionibus absolventes, videlicet a Stroza, a Narzaz, a podwarowe, a powoz, coram cuius incolae praefatae villae in vitali fuerint non respondebunt, sed qualicunque causa necessario fuerit terminanda, nostra largitio praesentiae, vel nomine Judicum deferetur. Villam vero que Garka vulgo nomine nominatur, quam de vicinia eadem excipi non continendi, loco superioris dictae villae, ad nostros usus convertimus et utilitates.

Str. 361 1258. Nos Boleslaus D. G. dux poloniae maioris, notum esse volumus .... quod V. pater noster Dñs Boguphalus, divina provid. poznan. Eps. ... Tertiumquam villae suae vocatulo Grodnicza, emit apud Ivanum heredem de Ostrowozno, pro quinque Marcis argenti et una vacca, quae sibi iam exsolvit ipso Ivano coram nobis et nostris Baronibus ...

[sortem quae Ikochowo nominatur,

Str. 363 1284. Nos Secundus premysl, Dei Gr. dux poloniae, notum facimus .. quod villam quae vulgariter Pszczewo nominatur, quam Phalimirus filius Johannis posi-

possidebat, et in suo testamento simul cum villa Jastkovo legaverat Ecclesiae beati Petri posnaniensi… pro salute animae nostrae et parentum nostrorum percitissimus plena deliberatione habita pie et devote praefatae Ecclesiae… jure hereditario in perpetuo possidendam, cum omni eo jure, quo universae villae gaudent antiquae Ecclesiae praedictae… praesentibus… Comite Nicolao Judice Curiae nostrae.

Str. 364 1288. Nos Secundus Premysl D. G. dux Poloniae notum facimus… quod de consilio et consensu baronum nostrorum cum Venerabili patre domino Joanne secundo, dei G. posnan. Epo permutationem fecimus villarum in hunc modum: dedimus… recipientes ab eodem Epo et capitulo suo villam Pneuem sitam in terra Sandomiriensi… hominibus ascriptitiis Ecclesiae posnaniensis dumtaxat exceptis… praesentibus Comitibus Tomislao palatino posn., Nicolao palatino Calisiensi, Petrasse Castellano posnan., Zaviza Castellano Calisiensi, Joanne Castellano de Sądecz, &c….

Str. 365 1287. Nos Secundus Premysl… notum facimus… quod in nostra nostrorumque baronum praesentia bonae memoriae quondam Dns Joannes Epus posn. et Dns Theodoricus Canonicus et Mroczko frater, filii quondam Comitis Jarosii, publice recognoverunt, hereditates… permutasse… receperunt villas… recipientes adhuc quadraginta Marcas argenti, quas coram nobis confessi sunt se ab eodem ex integro recepisse. Promittentes unus alteri ad invicem solemnibus stipulationibus hic inde intervenientibus litem vel controversiam de re a se permutata alteri ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, et praedictam permutationem ratam et gratam habere… praedictam permutationem… nostri Sigilli munimine roboramus… ~~Comite~~ praesentibus… Comite Petrasse Castell. posnan., Comite Joanne Subjudice posnan., Comite Grabo Subthezaurario posn… per manus Zawadae notarii Curiae nostrae.

Str. 367 1288. Nos Premysl… notum facimus… quod… civitatem nostram antiquam, sitam circa Ecclesiam Sanctae Margarethae in posnania, Srodka vulgariter nuncupatam… libere ac liberaliter Ecclesiae posnaniensi cum omni jure… contulimus… donantes… omne jus civitati et eius civibus, videlicet macella carnificum, pistorum, Sutorum, in eadem ~~[illegible]~~ habentes et permittentes etiam caeteros artifices cuiuscumque fuerint ~~[illegible]~~ operis ibidem manendi, secum artificium libere operandi, hoc dumtaxat excepto, quod forum annuale, vel hebdomadarium solemne cives ibidem degentes non habebunt, sed privatum. Tabernas porro omnes qui volunt habeant ibidem et unum earum. pannos si quos ibi fecerint,

vel aliunde cives dictae illae civitati comparaverint, frustratim incidere vel ulnatim penitus non vendant, sed solummodo integros exhibeant ~~vendere~~ venales... Praesentibus Comite Nicolao Palat. Calis. Petrone Castellano Posnan....

str. 368

<u>1290.</u> Nos Premysl... sortem Woiczechonis dicti Okaszaneck, quae Domachowo vulgariter nuncupatur, quantum ad ius teutonicum, adiungimus hereditati Dni Episcopi, quae Limnowo dicitur in vulgari; eximentes ipsam sortem ab omni exactione polonica, videlicet, a Castri citatione, et ab aliis omnibus solutionibus.... Praesentibus.. Comite Nicolao Palatino Calis. Comite Gneuomiro Iudice Posnan... per manus Dasconis Notarii curiae nostrae.

str. 369

<u>1292</u>. Nos Premysl secundus ... dedimus (Dno Epo i Kapitule (?)) villam nostram nulli alteri quam ducatui nostro pertinentem Skrowo... cum omni iure et utilitate et libertate, quas omnes villae Posn. Ecclesiae antiquitus possessae habuerunt et habent, videlicet, a citatione castri, iudicis seu cuiuslibet officialis nostri, ab Opole, a Vectoribus, collectis et aliis iuribus ducalibus, ab angariis et perangariis et servitutibus universis, quibuscunque nominibus vocitentur.... Praesentibus, Comitibus Petrkone Castellano, Gneuomiro Iudice Posnaniensibus, Comite Bernoldo Castellano Calisien, Comite Benjamin Castellano et Iudice Gneznensi, Comite Nozantha de Lenda.

str. 370

1293. Nos Secundus Premysl... notum facimus... quod in nostra nostrorumque Baronum praesentia venientes Milites, nomine Nerul, frater ipsius Ioannes et filius eorum Petrus, partem suae haereditatis, quae vulgariter nuncupatur Obirino, post filiam et filiolam ipsorum, nomine Catharinam et marito ipsius Pelegrino dictam partem hereditatis dederunt, tradiderunt et favorabiliter resignaverunt ipsis et eorum posteritati in perpetuum possidendam. Si vero aliquis ex ipsis contra istam resignationem... insurgere voluerit, omnia... prohibemus... Respicientes fidelia servitia Pelegrini, et ad petitionem Comitis Nicolai Palatini Calisiensis, dedimus super sortem istam omnimodam libertatem, videlicet a narzaz, a powoz, a przewod, a podvorowe, a Stroze, a Vaca, ab Opole, a Castri citatione... ita quod dictus Nerul, frater ipsius Ioannes et Petrus filius

Było nieco zamieszania – dziewczyna pokora na czy Katarzyny: Pelegrina.

dictam sortem jure haereditario coram nobis et nostris baronibus resignaverunt... praesentibus comite Nicolao Palat. Calis. comite Dirsicyo Iudice Calis. comite Stephano castellano de Carrecz. Anno Domini M CCXC III. Volumus etiam ut non sependeat coram aliquo nisi annulo nostro provocatur.

Rocz. Tow. 1837. p. 92.

v. 1837

Stys 33

1293. Nos Premysl.. notum facimus... quod in nostra nostrorumque baronum presencia constituti, discretus vir Dns Philippus Archidiaconus Gneznensis, Sandivogius subcamerarius Calis., Nicolaus palatinus (?) de Trefrow, et Michael subpincerna Calis. milites nostri, filii quondam Jansonis, villas haereditarias sibi debitas, videlicet Tarnowo utramque, unam patris ipsorum [comitis] Jansonis, et aliud quondam comitis Arcambaldi patrui ipsorum, diligenti deliberatione prehabita, Ecclesiae Posnan.... unanimiter et sincero animo contulerunt... et haec a nobis ratificari et confirmari humiliter postularunt. Nos ipsorum iustis desideriis annuentes et huiusmodi eleemosinae ac meriti participes fieri cupientes, hanc donationem... nostro privilegio confirmamus.. Testes autem sunt hi, qui gestae rei sua praesentia interfuerunt: Comes Thomislaus palatinus Posnan. Comes Petrus castel. Posn. Comes Zemeolba de Welawer, Dns Tilo praepositus de Santog. Ego Jacob Notarius domini mei Ducis praenominati his etiam interfui et de mandato prius praesens privilegium propria manu conscripsi.

Michaele castellano

[comitis

1295.... praesentibus: comitibus Kelgone castellano de Sbanszim, Alberto succamerario et Wotkone Voyelky... per manus Nicolai scriptoris curiae nostrae.

odpis horlica str. 97

str. 97

1295. Nos Premysl... notum esse volumus... quod Gothardus filius Nicolai dictus de Obranowo, mota lite super parte haereditatis Wilkowo contra Venerabilem Dnm Joannem Secundum, Dei gratia Posn. Epum coram nobis, tandem idem Gothardus a praedicto Dno Epo recipiens XIV marcas pro bono pacis, cessit liti et omni actioni et exceptioni ac juri, si quod haberet, in qualicunque parte dictae villae, quae Wilkowo vulgariter nuncupatur, et in nostra nostrorumque baronum praesentia cum filio suo Michaele voluntarie constitutus lucide recognovit, a praefato Dno Epo integre totam pecuniam recepisse. Ne super hoc dubitetur... dictam villam... Dno Epo.. perpetuo adiudicantes, praesentem literam conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Acta sunt haec publice in Zbarsko... Anno Dni M. CCXCVI praesentibus comitibus Nicolao palatino ~~Posn~~ Calis... Datum per manus Jacobi Notarii curiae nostrae. Verum quia de communi baronum nostrorum consensu et consilio statuimus, ut nullum privilegium robur alicuius firmitatis obtineret, nisi nostro magno et ultimo sigillo existeret sigillatum, propter quod praesens privilegium innovari jussimus et nostri]

] sigilli magni et ultimi munimine roborari. Datum Posnaniae Anno M. CCXCV. per manus Nicolai scriptoris curiae nostrae.

Potthast nr. 16874

1257 (?) 9/6

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs Magistro et Priori- bus Prouincialibus eorumque vicarijs ordinis fratrum predicatorum, Salutem et apostolicam benedictionem. Sacre religionis uestre fama clarissima est, ab uniuersis et singulis ipsam profitentibus mente uigili conseruanda, sed ab illis potissime, quos pro causis legittimis oportet aliquando se de suis Con- uentibus, sicut obedientie virtus exigit, absentare. Sane nonnulli ex fra- tribus Ordinis uestri, qui venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis et Episcopis quandoque in socios deputantur, illa, prout accepimus, presumunt sepe committere, que in eiusdem ordinis scandalum et in suarum uer- gunt periculum animarum. Cum itaque super hoc per sedem apostoli- cam deceat salubriter prouideri, Nos deuotioni uestre presentium auctoritate concedimus, ut singuli uestrum, illos ex fratribus eisdem, de quibus aucto- ritate litterarum apostolice sedis uel legatorum eius dictis Archiepiscopis et Episcopis uel quibuscunque alijs est prouisum, aut contigerit in poste- rum prouideri, corrigere, ac etiam non obstante contradictione aliqua pos- sint ad eundem ordinem reuocare. Monemus tamen uos et hortamur, quod si postmodum ijdem Archiepiscopi et Episcopi apud uos uel aliquem uestrum, pro habendis in societate ipsorum alijs ijdoneis fratribus, duxerint in- sistendum, eorum in hac parte desiderio annuatis; dummodo id uobis conueniens et expediens uideatur. Ceterum per litteras apostolicas iam obtentas uel in posterum obtinendas, que de presentibus ple- nam et expressam non fecerint mentionem, nullus de fratribus ipsius ordinis prefatis Archiepiscopis et Episcopis in socios tentamini de- putare, nisi hoc ordinis honestati et illorum saluti uideritis expedi- re. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre con- cessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Viterbij quinta Idus Junij Pontificatus nostri anno Tercio.

Z oryginału pergaminowego do prywatnej osoby należącego, od którego bulla oderwana.

~~1256~~ 1257 20/9 Bula Aleksandra IV względem sprawowania obrzędków w podróży OO. Dominikanów -

Potthast nr. 17009

Alexander, episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis: magistro et fratribus ordinis predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Convenit, ut sacer et lucidus vester ordo sicut religionis altitudine pollet, sic per sedis apostolice gratiam privilegio fulgeat speciali. Attendentes igitur, quod eiusdem ordinis fratres de locis ead (et ad) loca ipsius ordinis sepius transmittantur, propter quod stabilem et perpetuam in certis et determinatis eiusdem ordinis domibus non faciunt mansionem, considerantes etiam quod bonos et idoneos ac approbatos a nobis fratres facitis ad ordines promoveri, vestris supplicationibus inclinati, ut liceat vobis ordinandos fratres eiusdem ordinis, quibuscumque malueritis catholicis pontificibus communionem et gratiam predicte sedis habentibus, presentare, ipsisque pontificibus presentatos a vobis fratres, sine qualibet examinatione per eosdem pontifices facienda et absque omni promissione videlicet (ut) obligatione ipsorum ordinandorum fratrum ad ordines promovere, vobis et ordini vestro, auctoritate presentium, indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.- Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se no-

./.

verit se incursurum. Datum Viterbii XII kl Octobris pon-
tificatus nostri anno tercio. —

Pierwopis pergaminowy obejmuje 12 wier-
szy. — Na żółto-czerwonym jedwabnym
sznurku wisi ołowiana pieczęć — SO: Ale-
xander pp. IIII.

1258 **Aleksandra IV** [Potthast w. 17269]

~~1257~~ bula, dozwalająca zakonowi kaznodziej-
skiemu apostatów swoich wyłuczać, -61-
13/5 chwytać, więzić i. t. d.

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis, magistro et fratribus ordinis fratrum predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Devocionis vestre precibus benignum imper(tien)tes assensum excommunicandi, capiendi, ligandi, incarcerandi et alias subdendi discipline rigori apostatas vestri ordinis per vos ac etiam alios, si necesse fuerit, in quocumque habitu eos contigerit inveniri, plenam vobis concedimus auctoritate presentium facultatem, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii III Idus maji, pontificatus nostri anno quarto. -

Dokument spisany na pergaminie - obejmuje 10. wierszy. - Na jedwabnym, żółto-czerwonym sznurku wisi pieczęć ołowiana - (S.W. SPASPE i dwie twarze - SO. Alexander pp. IIII.) -

1301 (1259) Mon. Germ. Script. t. 19 str. 681-2 -62

rok 1259

In nomine domini Amen. (papa Romanus octavus)

Bonifacius Episcopus servus servorum [dei] filijs suis in christo fidelibus ac dilectis, ad quos presens scriptum devenerit, salutem in domino sempiternam ac apostolicam benediccionem. Venientes ad nos filij nostri dilecti Borzota decanus ecclesie Sandomiriensis (et) cum socio suo nomine adalberto, qui se dicebat ~~canonicum~~ esse canonicum Ecclesie eiusdem, nobis supplicaverunt lacrimose et dixerunt, quod venientes impij pagani, quos dicebant esse Tartaros, qui terram Sandomiriensem ~~subvertentes~~ subiugantes et Castrum Sandomiriense subvertentes multimodam ibi multitudinem christianorum occiderunt, quorum non erat numerus et quorum sanguis defluebat usque in fluvium qui ~~nun~~ vocatur ~~cupatur~~ Visszlia. hoc facto intraverunt Ecclesiam sancte Marie, que ibi ~~sita~~ facta et ~~confirmata~~ consecrata [1] erat in honorem virginis gloriose, ipsam incenderunt protinus ~~igne~~ igitur, multos ibidem christianos cremaverunt et multas reliquias sanctorum, que ibi aderant, [2] disperserunt et ornamenta Ecclesie predicte asportaverunt. et hoc factum esse dixerunt in festo purificacionis beate Marie Sub anno domini M°CCC°. 1259 (et tunc) predicti pagani die tercia recesserunt. Nos (autem) eorundem lacrimas et peticiones ~~annuentes~~ animadvertentes, interrogavimus predictos filios nostros, quid nam postularent. Tunc dixerunt: nichil aliud petimus pater Sancte, nisi quod eadem Ecclesia possit relevari et exaltari in fide ~~christiana~~ Katholica et a vestra paternitate aliquo privilegio munerari. [2] Tunc nos inde vto consilio nostrorum fratrum Cardinalium, qui tunc presentes nobiscum fuerunt in curia (nostra) Romana Auctoritate omnipotentis dei et auctoritate beatorum appostolorum petri et pauli et auctoritate nostra eidem Ecclesie sancte Marie Sandomiriensi in Sandomirz donamus, donamus et assignamus eandem indulgenciam, quam

[1] ad Romue [2] numavi Cu

2

eciam (et dam[illegible]), donavimus, dedimus et assignavimus Ecclesie Romane que Marie ad martyres nuncupatur. ut ergo ad tantam solemnitatem avidius et copiosius fideles convenirent, (omnibus) vere omnibus penitentibus et confessis (qui) in die Marie ad martyres in ecclesia sancte Marie in Sandomiria qui presentes extiterint stipendia spiritualia apostolica largicione concedimus trecentos et sexaginta et sex annos, vel quot sunt dies in anno tot annos de vera indulgencia et Karenas totidem consequenter. Et est Karena grece, latine (+) purgacio, quia quod ~~que quidem~~ (?)[3] anima XXX diebus posset sustinere in purgatorio, hoc per unam Karenam deletur. Et eandem indulgenciam vere penitenter ut premittitur ~~et~~ confessi qui cum devocione fidei in eadem Ecclesia per octavas eiusdem festi quesierint, ipsi misericorditer consequentur. Statuimus eciam quod in eadem Ecclesia sancte Marie ad martires Rome et similiter in Ecclesia sancte Marie in Sandomiria auctoritate apostolica fiat processio omni sexta feria cum vexillis et (cum) reliquiis sanctorum excepto festo novem leccionum cum offertorio, protege domine plebem tuam ~~etc.~~ et cum letania. Et hoc fecimus propter hoc ~~quod~~ dominus iesus christus liberare dignetur cunctum populum christianum et Civitatem Romanam et terram civitatemque Sandomiriensem de ~~in~~ crudeli (+) in ~~stan~~cia paganorum et maxime Tartharorum et post processionem omnibus vere penitentibus et confessis, qui ibi presentes extiterint a nostra auctoritate septem annos et Karenas totidem (ipsi) misericorditer optinebunt. Datum et actum Rome in Curia nostra III° idus Novembris et hoc in die sancti Vittatini episcopi et confessoris, Anno Nativitatis domini ce 1259 ~~M° CCC° primo~~ pontificatus nostri Anno secundo.

Ms. B. Tag. 466.

3) q2 q

A. D. 1259.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Cum tempora pretereant more fluentis aque necesse est ut ea que geruntur, in tanta certitudine fiant, ne de ipsarum gestione ab aliquibus possit dubitatio exoriri. Noscat igitur presens etas et futura, presentes et posteri, ad quos presens cartula pervenerit quod nos Dei gracia Boleslaus dux Polonie majoris protestamur quod Bozata et Nassil (1) filii Johannis quondam Castellani in Meserizo (2) domui sancte Marie virginis sanctique Henrici in Doberluch ordinis Cysterciensis hereditatem que vocatur Mascowe cum omnibus terminis suis, (3) pro animarum suarum nec non parentum suorum remedio, in elemosinam contulerunt. Ut autem fratres in domo supradicta plenius consolentur, et ampliori gaudeant libertate, volumus ut famuli Christi ibidem habitantes, omnibus utilitatibus, videlicet lacubus silvis, pratis, et si que alie utilitates sint, vel erunt, libere perfruantur. Contulimus etiam eisdem fratribus in predicta hereditate (4) villas locare theuthonicas quocumque jure ipsi fratres fuerint decreti, ita ut omne judicium ad claustrum ipsorum pertineat illesum. Ut autem hec donatio firma et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine dignum duximus roborandum. Acta sunt hec in Pozenan (5) Anno gracie M° CC° LIX°. Hujus rei testes sunt: (6) Dominus Johannes curie nostre cancellarius, frater Vitalis, frater Petrus, et Mathias notarius, et Comes Martinus. (7)

Pieczęć wyrażająca Bolesława na jedwabiu czerwonym. Pieczęć taka jak w dyplomie r. 1150.

a Akt po supprymowanym Klasztorze w W. X. Poznańskim.

(1) w drugim exemplarzu Nazel.
(2) . . . . Mezerescizc
(3.) . . . . zamiast q. ostatnich wyrazów jest tylko Dambrovam totam que spectat in Mascove
(4) . . . . in predicta Dambrova
(5) . . . . opuszczono in Pozenan.
(6) . . . . tylko Testes sunt
(7) . . . . nakoniec Datum in Poznan.

I str. 476

Drukowany jest w Arch. teol. Jabczyńsk.

A.D. 1260.

~~XL~~ L. d. 24 m. Junii.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Cum proch dolor humane sit conditionis, omnia sinistre intelligere, et pejus interpretari, et cum unusquisque rem proximi licet contra preceptum Domini concupiscat, necesse est ut res digna memorie scripto confirmetur. quo canescens antiquitas crebrius valeat renovari. Noverint igitur universi Christi fideles presentes et futuri, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, quod nos Boleslaws dei gracia dux polonie majoris presentibus protestamur, quod comes Eustachius, et Comes Woyzescko frater ejus de bona voluntate ac pari consensu omnium heredum, eorum hereditatem que wlgariter zamberez vocatur, quam in presentia felicis memorie fratris nostri ducis primizlonis propter damna et injurias a Comite Stephano de Wirbena et filiis suis eis illatas, que eciam predecessorum ipsorum fuerat post per trinam citationem polonicali jure presentiam comitum requisierunt, et per minciss ipsius introducti tranquilla pace possederunt. Ecclesie et conventui in Doberl' Cisterciensis Ordinis pro animarum suarum et parentum nec non heredum suorum remedio in elemosinam cum omni libertate et pleno jure tam proprietatis quam possessionis tranquilla pace possidendam contulerunt in hunc modum: ut in predicta hereditate claustrum ordinis eorum construatur, ubi deo omnipotenti die noctuque divina obsequia secundum statuta et consuetudinem ordinis eorum ~~continuantur~~ persolvantur. Ut autem fratres qui ad supradictam hereditatem transmittendi sunt, plenius consolentur, et ampliori gaudeant libertate, volumus ut famuli Christi ibidem habitantes omnibus utilitatibus videlicet aquis, silvis agris, pratis, pascuis, piscationibus, mellificiis et si que alie utilitates sunt, vel erunt, libere perfruantur. Contulimus eciam eisdem fratribus in sepedicta hereditate villas locare teutunicas, quocunque jure ipsi fratres fuerint decreti ita, ut omne judicium ad claustrum ipsorum pertineat illesum. Ut autem hec donatio firma et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine in testimonium et firmamentum dignum duximus roborandam. Suppositis eciam testibus fidedignis quorum nomina sunt hec: Comes predeploc palatinus, Comes Gerkenboldus palatinus, Comes Gosslavus Castellanus de Sanctoch, Comes andreas Castellanus de vilenen

Drukowany jest w Ark. Teol. Koz Fabery tek.

Comes beniamin Castellanus de premunt. Comes Svantemir castellanus de Mezeriz Comes Sheroslavus de corsike. Mathias notarius Curie, et alii quam plures. Acta sunt hec in Bozennan Anno Domini M° CC° sexagesimo. in octava beati Johannis Baptiste.

piecz. na jedwabiu czerwonym

z Akt po supprymowanych Klasztorach w W. X. Poznańskiem. -

[Perlbach: Die Cisterzienser Abtei Lond] 4 21.

Boleslaus dux Polonie 1263 Aug. 24, in Gnezna;
Kölner Cop. 22[a.b] n. 44.

1263. August 24. Gnesen.

Herzog Boleslaus von Polen verleiht dem Kloster Lad das Dorf Swencza.

Privilegium super Swencza.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec scripto nec voce testium perhennantur. Ideo necesse est, ut res digna memorie scripto confirmetur, quo canescens antiquitas crebrius valeat renovari. Agnoscat igitur presens etas et sciat postera, ad quorum presenciam presens scriptum perven(er)it, quod nos Boleslaus dei gratia dux Polonie ob honorem et reverentiam domini nostri Ihesu Christi nec non pie ac gloriose genitricis sue semper virginis Marie in remissionem peccaminum meorum ac omnium parentum nostrorum, ut cum in futuro ante tribunal dei omnipotentis steterimus eo ~~in~~ mercedem[x] omnes una reportare valeamus, [x fol. 22b.] domno abbati de Landa eiusque fratribus in eodem claustro[a] commorantibus ordinis Cisterciensis contulimus hereditatem ex integro illam, que wlgariter Swencza nuncupatur, que sita[b] est inter Zoreuo et Cizeno ~~et~~ et adiacens ville nomine Morsco fratrum predictorum et cum omnibus utilitatibus prefate ville spectantibus eis inperpetuum iure hereditario possidendam. Et ne in posterum aliquo malignante nostra tam sollempnis donacio valeat irritari presentem litteram sigilli nostri appensione et testium annotacione iussimus roborari. Testes autem sunt, qui huic donacioni interfuerunt: primus Symon castellanus Gneznensis, Andreas iudex magnus, Segota castellanus Wilconie[c], Sdesco subthesaurarius, Sixtus subcamerarius, Iohannes cancellarius et quam plures alii. Datum in Gnezna anno gratie[d] domini M°. CC°. LXIII° indiccione sexta in die beati Bartholo

a) clausto K.
b) s. auf Rasur K. c) Wilconie K.
d) grē K.

13.

mei apostoli. Ego magister Petrus notarius curie hiis interfui et de mandato domini ducis manu propria ista conscripsi.

Cop. A coll.
10. XII. 82 S.

1267.

Forsitan non latet vestram dilectionem aduersitas iniuriosa, quam sustinet carissimus dominus et pater noster atque vester B.[a] inclytus Vngarorum rex, cuius dolor multiplex est, quia in etate utique iam matura, vbi quiescere deberet, subleuatus baculo senectutis, de solio suo pellitur, fraudatur suis fidelibus, quorum perplures cesi subcubuerunt, maiestatis sue iusticiam defendentes. Et ecce quia tacti doloris sui amaritudine, quam ut dignum est, propter iustitiam veri patris et domini reputamus propriam, vna cum dilecto domino et marito nostro carissimo scribimus, hortamur et supplicamus dilectioni vestre, quatenus compatientes insolitis et iniustis serenissimi domini et patris vestri ac nostri dolorum persecutionibus, inducere monitis, persuasionibus atque consiliis maritum vestrum dignemini ad succurrendum in forti brachio et armato contra temeritatem filij, paterne glorie titulum infirmantis, maxime cum dilectus dominus et maritus noster carissimus non parcendo personis, laboribus aut expensis, id ipsum faciendo omnes vires suas fideliter exponere sit paratus.

Z księgi formułowej królowej czeskiej Kunegundy, przechowanej w bibljotece nadwornej w Wiedniu pod N. 526, ogłosił Palacky w dziele: Über Formelbücher, I Lieferung, Prag 1842, str. 279, domyślając się, że jestto list Kunegundy księżnej krakowskiej do królowej czeskiej Kunegundy i kładąc go pod rok 1267. – Monumenta Hungariae historica: Diplomataria, VIII (Pest 1862) str. 161, n. 105.

Moja watpliwość, że Bela był wprawdzie ojcem ks. Kunegundy a królowej czeskiej Kunegundy był dziadem nie ojcem.

a) Rps ma O. Palacki poprawia na B.

14

In nomine domini amen. Quia nostro bono operi due mercedes debentur, una temporalis, alia eternitatis, Nos ergo Bolezlaus dei gracia dux Cracovie et Sandomirie ad universorum presencium et futurorum noticiam volumus pervenire, quod cum Comes Nicolaus palatinus Cracoviensis colligi faceret strosam, ut eam extorquere niteretur ab incolis villarum Abbatis et domus de Indrichow cysterciensis ordinis et Wratizlaviensis diocesis pertinencium, sitarum in Cracoviensi dominio et districtu, quarum nomina sunt hec, Wrosinichi et Gleuo, frater J. dicte domus procurator cum sui Abbatis mandato legitime et literatorie confecto, in presidium dictorum incolarum ad nostram accedens presenciam in Corchin, in defensionem suam et illorum allegavit, ab huiusmodi prestacione dictarum villarum exemptionem obtentam et habitam ab antiquo tempore; et ad hoc probandum legitime per idoneos testes se obligavit; et inter multos nobiles et claros viros cum nominasset Comitem Sulconem Cracoviensem et Comitem Nicolaum de Beyech Castellanos, placuit nobis, palatini quoque supradicti N. accedente consensu, tam propter eorum excellentiam, qui dici debent testes omni exceptione maiores, quam et ut ipsi domui de Indrichow laboribus parceremus et expensis, testimonio duntaxat ipsorum standum, et ipsi negotio finem imponendum. Ad quod agendum in colloquio proximo futuro terminum assignavimus. Nos igitur cum nostris baronibus in Sechemen villa congregatis, memoratus frater J. duos prenominatos Castellanos palam presentavit, et ipse palatinus quasi pars adversa, eos iuratos, et non aliter debere veritatem dicere, constanter allegavit, aliis multis dicentibus, sufficere debere et maxime in tali causa, tantos viros in pleno colloquio recognoscere veritatem et dare testimonium, nullo corporali prestito iuramento: et nos quidem multis aliis arduis occupati negociis, hoc tunc reliquimus in suspenso, in proximo sequente colloquio terminandum. Convenientes itaque Cracovie in festo beati Mathie Apostoli, et utraque parte presente, circumstanciis omnibus inspectis, et que discucienda erant, discussis, sepedictorum Castellanorum assertioni simplici et testimonio publico duximus deferendum; qui constanter in sua veritate et honestate prefatarum villarum incolas asseverarunt iustos esse in hac parte et exemptos ab antiquo ab hac strosa. Nos ergo baronum nostrorum comitante consilio, mox in omnium presencia per sentenciam declaravimus et declaramus memoratos incolas inquietari de cetero super eadem strosa non debere, sed exempcione sua coram nobis legitime probata, tutos permanere, palatino sepefato et eius in eodem officio successoribus molestandi super hoc earumdem villarum colonos omnem viam deinceps precludentes. Insuper ex nostre munificencie gracia speciali, eisdem aliam libertatem innovamus presenti scripto et confirmamus, quod iidem homines villarum supradictarum nec powoz ducent, nec stan solvent, per nostros antecessores et per nos perpetuo absoluti et exempti. In cuius rei robur perpetuum

tamquam instar privilegii nostri, presens instrumentum domui de Jndrichów in persona fratris J. memorati procuratoris duximus concedendum, autentici nostri sigilli munimine perhennatum. Acta sunt hec Anno dni M.° CC.° LX.° octavo. Presentibus hiis nobilibus, quorum ista sunt nomina. Comes Sulek Cracoviensis et Nicolaus de Beych Castellani, testes probati et idonei. Comes Wars palatinus Sandomirie. Janussius Castellanus de Lublin, Scarbimirus Subcamerarius Sandomiriensis. Johannes Subcamerarius Cracoviensis, Poznan Subpincerna Sandomiriensis, et alii quam plures. Datum in Corchin, per manum Twardozlai nostri Subcancellarij, in vigilia Ste Trinitatis.

(Z oryginału klasztoru Mogilskiego, na pergaminie, u którego skorupa sama pieczęci, bez wnętrza zawieszona na jedwabiu czerwonym.)

Jndrichów, jest to Henryków, t. j. Heinrichau w Szląsku.

[Nasza Przeszłość, R. IV; 1948, s. 292-293]

22. -68

Nicolaus episc., Iohannes prepos. etc. 1269 Iun. 29, in Capit. Poznani;

In nomine Domini amen. Nos Nicolaus Dei gracia episcopus, Iohannes prepositus, Iohannes decanus totumque Capitulum ecclesie Poznaniensis notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis quod Henrico et Hanzoni fratribus dedimus de nemore et parum de terra culta in circuitu rivuli qui Vresna dicitur sexaginta mansos magnos iure Theutonico pro nobis locandos ita quod postquam exiverint duodecim anni locacionis incole eorundem mansorum dabunt ad mensam episcopalem de singulis mansis dimidiam marcam argenti quod pro tempore tunc curret in moneta et novem mensuras triplicis annone tres videlicet tritici tres siliginis tres avene. De quibus mansis prefati Henricus et Hanzo recipient pro se et suis successoribus sextum mansum tam in argento quam in annona etiam habebunt tercium denarium in iudicio et macellum pistorum et tabernam et quotquot molendina facere poterint in prenominato rivulo Vresna. Quibus eciam dedimus molendinum nostrum ibidem iam constructum et concessimus in rivulo qui

15.

vocatur Vresna ii possent edificare unum molendinum
ita tamen quod non destruant prata hominum nostrorum
et aliud molendinum ~~agr~~ super fluvio Virbez postquam con-
venit cum prefato rivulo qui Vresna nuncupatur, ita quod
non fiat detrimentum nostro molendino ex aque restagna-
cione. Et ut hec nostra ordinacio rata et stabilis per-
severet presentem literam sub nostris sigillis ipsis duxi-
mus conferendam. Acta sunt hec anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo nono presentibus dominis
et fratribus nostris Johanne preposito Johanne decano
Jacobo scolastico Petro archidiacono Johanne cantore
Boscone custode ac toto Capitulo Poznaniensi in festo
beatorum apostolorum Petri et Pauli. Data per ma-
magistri ~~nus~~ Floriani scriptoris nostri.

Dokument powyższy transumuje i potwierdza na prośbę
Piotra sołtysa w. Szamarzewo Andrzej bisk. Poznański
r. 1422 ?? Nov. 13 w Poznaniu.

Poznań. Arch. Consistor. epalis. Acta epalia. d.a. 1499–1509.

Boleslaus Dux Poloniae 1269 Sept. 1, in Crusvicia;
[Kod. Pol. t. 1, nr. 456.]

23 69/1

Boleslaus, Dei Gratia Dux Poloniae, universis sanctae matris Ecclesiae fidelibus praesens scriptum audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Universitati vestrae tenore praesentium notum esse volumus, Quod cum in plena essemus Castri et Juris Castellaniae Crusviciensis possessione, Venerabilis Pater Dominus Volimirus, Vladislaviensis Ecclesiae Episcopus, suique Praelati communiter et canonici ad nos accedentes humiliter et devote nobis supplicaverunt, ut nos omnes Vladislaviensis et Crusviciensis Ecclesiarum villarum et locorum eorundem libertates, a praedictarum ecclesiarum fundatione ab omnibus et singulis Ducibus, videlicet Terrae Cujaviae haeredibus seu possessoribus obtentas, ratas habere dignaremur, ac nostris instrumentis publicis confirmare. Nos vero eorum humilibus et devotis preci-

bus.

16.

Cod. Dipl. Pol. Tom. 618. (Nr. 456)

bus alacriter annuere cupientes, ad honorem omnipotentis Dei et Beatae Virginis Mariae et ob reverentiam Beati Petri Apostoli, inspectis praedictorum domini Episcopi, Praelatorum et Canonicorum magnis servitijs nobis effectuose impensis; omnes et singulas libertates a quibuslibet Ducibus, Haeredibus scilicet, Terrae Cujaviae seu possessoribus, eisdem et Ecclesiis praenominatis datas, ratas et gratas habemus [habentes], eas tenore praesentium confirmamus: et ne de illustris Principis Zemomyslai (sic) Ducis Cujaviae, Fratris nostri libertatibus Domino Episcopo, Praelatis et Canonicis, Ecclesiisque quoque (sic) memoratis datis et assignatis aliquibus in posterum propter ejus juventutem, dubium vel ambiguitas oriatur, eas specialiter confirmamus tenore privilegij ab ipso dati supradicti, de verbo ad verbum praesentibus inserentes haec verba:

Zemo-

Zemomislaus Dei Gracia Dux Cujaviae, universis Sanctae Matris Ecclesiae fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit etc. (Sequitur privilegium a Duce Zemomislio ecclesiae Wladislaviensi~~ae~~ et Crusviciensi anno 1268 collatum, quod videatur supra Tab. XCIV, p. 79.).

In cujus rei testimonium, praesens scriptum nostri muniminе sigilli fecimus roborari, Actum in Crusvicia, anno domini M. CC. LXIX. Cal. Septembris. Praesentibus: Magistro Petro nostro Cancellario, Nicolao Canonico, Comite Beniamin Castellano in Miedzirzecz et fratribus suis: Andrea Judice nostro et Vincentio, Joanne Praeposito, Liphardo Archidiacono, Alberto Cantore Ecclesiae Crusviciensis, et aliis quam pluribus fide dignis. –

1271, 16 lutego w Krakowie na wiecach. 71

~~f. 11.~~ Bolesław ks. krakowski i sandomirski klasztorowi jędrzejowskiemu założenie miasta we wsi Jędrzejowie na prawie niemieckiem dozwala. – a)

[Kod. Pol. 7 t. 3, nr. 44.] In nomine Domini, Amen. Nos Boleslaus Cracovie et Sandomerie [1)] Dei gracia Dux illustris. Vniuersis huius temporis et futuri, ad quos presentis ~~xxxxxxx~~ pagine noticia peruenerit, temporalis uite prosperitate perfrui et eternam [7)] felicitatem adipisci. Quum [26)] illo disponente, a quo potestas omnis egreditur, istarum Regionum gubernacula possidemus, quorum insuperabili pondere premimur, et inextricabilibus curis in varia semper rapimur, et insuper aliunde tam hostium [insidijs] [3)] quam molestacionum iaculis indesinenter stimulamur, nobis eciam invitis contingit, vt talibus occupati arma milicie Christiane, saluti nostre necessaria [4)] interdum negligamus. Ea propter necesse est, vt remedium opportunum ea parte qua possimus, annuente Domino non segniter acquirere satagamus. Ideoque personas Ecclesiasticas et maxime Religiosas duximus totis affectibus amplectendas, qui spiritualibus, oracionum viole-

porównać zakończenia tzw. [illegible] i Zygm. I.

/licet, ieiuniorum, obsequiorum Dei, et aliorum charitatis armis premuniti, pro statu Christianitatis et Ecclesie, fidelium quoque salute,[5] contra nequicias spirituales [?] et hostium humani generis incursus dimicant indefesse, quatenus in eis diligentes ea, que forte in nobis virtutum opera non habemus, per compassionem, fauorem, protectionem et munificentiam nostram eorum deuotionis et laborum participes effecti diuine misericordie munus cum ipsis et per ipsos facilius assequi valeamus. Hinc est, quod domus Andreouiensis Sacre Congregationis Cenobium Ordinis Cisterciensium Cracouiensis Diocesis, in qua Sanctorum organa iugiter resonare noscuntur et diuini cultus vigor et decor die noctuque diligentius exercentur, gratia speciali prosequi tam in assequenda vtilitate, quam pace eorum conseruanda, et quod prouidere [7] ei cupientes,[7] vt quanto quietius, tanto efficacius ibidem Domino famuletur, Abbati et Conuentui supradicte domus de Andreiow coram Deo promittimus ipsorum Priuilegia, tam a nostris predecessoribus, quam a nobis hactenus obtenta et in futurum domino concedente obtinenda [8] (sic) inconcussa obseruare et mandare conseruari

vel h

./. et ad nostros posteros transmittere conser-
uanda. His nihilominus adijcientes et ob in-
columitatem nostram nostreque coniugis
Generose Domine Kunegundis Illustris Regis
Hungarorum filie, nec non et ob salutem,
tam nostrarum, quam progenitorum nos-
trorum animarum Ducali largitione deuo-
ta, de voluntate et consensu predicte Con-
iugis nostre et nostrorum Baronum War-
sonis videlicet Castellani, Petri Palatini Cra-
couiensium[9] et aliorum Nobilium terre nos-
tre assensu et collaudatione concedentes,
vt dictis Abbati et Conuentui locare liceat
et hedificare Ciuitatem ampliorem in villa
Andrzeiow iure Theutonicali videlicet noui
fori, quam omnimoda et plena volumus
gaudere libertate, de qua tamen libertate
ad cautelam maiorem aliquos articulos hic
duximus exprimendos, videlicet, vt nulli
omnino nostre Dominationi[10] subiecti tam
Castellani, Palatini, quam et alij cuius-
cunque honoris, potestatis, ~~vel~~ dignitatis
vel honoris existant, aut officio vel ministerio quali-
cunque fungantur, possint in ea iurisdic-
tionem aliquam aliqualenus exercere, si-
ue onus imponere, aut prestationem ali-
quam exigere, vel quicquam exactionis ./.

./.
nomine cuiuscunque extorquere, sed solius
Aduocati vel Solteti secundum voluntatem et
arbitrium Abbatis et Conuentus ibidem con-
stituti Iurisdictioni suberunt, et eius judicijs
obsequentur, cuiuscunque lingue vel nationis
alterius existant, Ciues facti vel Inquilini,
aut etiam[11] contrahentes vel delinquentes ibi-
dem, quamuis alibi domicilium habeant,
ab ipso Solteto jure Theutonicali judicabun-
tur, et debite punientur; Exceptis sane terre
nostre Magnatibus et Baronibus, qui cum
enormiter contra Ciues aliquos, vel eorum
aliquem excesserint, seu Ciuis contra eos vel
aliquem eorum, ipsos videlicet Magnates vel
Barones + reos jure Polonico judicabimus,
Ciuem vero remittemus jure Teutonico judi-
candum secundum quod in alijs Ciuitatibus
terre nostre Iure Theutonicali locatis fieri
consueuit. Ceterum dicte Ciuitatis homines
ad expeditiones, et ad Castra hedificanda
nullatenus compellentur, seu ire tenebuntur:
sed sepedictorum Abbatis et Conuentus tan-
tummodo commodis et vtilitatibus inten-
dent + Hoc excepto, quod si forte, quod absit,
exercitus Paganorum terram ingrederetur,[12]
vel etiam[13] si inimici eam inuaderent,[14] ma-
nifeste ire tenerentur,[15] sicud Ciues aliarum
./.

Ciuitatum terre nostre que iure Theutonico sunt locate. Et vt demum nostre donacionis perfeccioni nihil desit in eadem Ciuitate, et eius districtu, nullam iurisdiccionem[16] nobis reseruamus, aut nostris successoribus in posterum volumus reseruari; ~~in~~ qui[17] Aduocatus ipsius Ciuitatis vel Soltetus, si de prodicione, patricidio, vel terre predacione, seu quod absit crimine lese Maiestatis impeteretur,[18] vel similibus, a nobis tantummodo et non alio aliquo Theutonicali iure iudicabitur, et pena debita punietur. Ad hec quia predicta villa Andrzeiow capax non est tante multitudinis et edificiorum, que sufficiant ad locandam Ciuitatem competentem, nec[19] sufficiant[27] Ciuibus aut Colonis eorundem ad cultum necessarium vel vtilitates opportunas, sepedictis Abbati et Conuentui liberaliter indulgemus et concedimus de consensu et voluntate, vt supra dictum est, memorate Koningis nostre Baronumque nostrorum supradictorum et Nobilium assensu et collaudacione, vt quatuor villas illi loco contiguas, videlicet Laskow, Suhodol, Landchyn et Cholostyn ipsi Ciuitati applicent, et incorporent, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, ita vt certis termi-

-nis ipsius Civitatis ambitus, territorium et districtus a ceteris villis circumpositis[20] discernatur, a quarum[21] omnibus[22] solutionibus et exactionibus, ac alijs consuetudinis patrie legibus, hoc quod sic applicabitur predicte Civitati, manebit absolutum et eadem cum Civitate libertate fruetur. Vt autem huiusmodi nostra tam celebris quam pia donatio perpetue robur obtineat firmitatis, Sigilli nostri, Venerabilisque[22] ~~quoque~~ Patris nostri Domini Pauli Dei gracia Episcopi et Ecclesie Capituli, nec non et supradictorum Baronum nostrorum Castellani et Palatini Cracouiensium, sigillorum appensione Priuilegium hoc fecimus insigniri, subnotatis nihilominus aliorum nobilium nostrorum nominibus Ad cautelam, qui presentes affuerunt, qui sunt hec: Procopius Cancellarius noster, per cuius manus hoc Priuilegium datum est, Lassota Prepositus Scarbimiriensis, huius rei ordinator apud nos et promotor, Vitus Prepositus S. Floriani, Iohannes Bobyn Thesaurarius noster, Scarbimirus Subcamerarius noster. Demum si quis hanc nostre donationis paginam infringere attentauerit[23], vel ei ausu temerario contraire, indignationem omnipotentis Dei, eius-

que matris Virginis gloriose se noverit in-
cursurum. Acta sunt hec in Colloquio Cra-
covie. Anno Domini ~~MCC LXXI. XIV Calendas Mar-
cij~~ millesimo ducentesimo ~~septingentesimo
primo~~ septuagesimo[24] primo, quartodeci-
mo[25] Kalendas Marcii.

Julian Bartoszewicz wydrukował przywilej ten drukiem w tomie III Kodeksu dyplomatycznego polskiego ~~na~~ (str. 92) z oryginału będącego w zbiorach Leona Przyz-czewskiego, lecz ~~popełnił kilka~~ odpis tego zawiera wiele błędów, które w porównaniu ~~ze znanemi nam odpis~~ z kilkoma odpisami tegoż przywileju, jakie mamy pod ręką, a zwłaszcza ~~transu~~ z zatwierdzeniem Króla Zygmunta Starego, wprost niedość staranemu odczytaniu oryginału przypisać należy. Łatwo mógł Bartoszewicz uniknąć tych błędów, mając oprócz tego odpis transumptu ~~Króla~~ Zygmuntowskiego, sporządzony przez ś.p. Muczkowskiego, a ~~zawierający tekst~~ daleko poprawniejszy, ~~tekst zawierający~~, z którego to odpisu A. Z. Helcel w rozprawie swej poprzednio powołanej: O klasztorze jędrzejowskim - (str. 160) przywilej ów drukiem ogłosił. - Odmianki tekstów, które niżej podajemy, wykażą, iż się mylił Bar-

toszewicz twierdząc w notce 10ej na str. 96, jakoby w odpisie s. p. Muczkowskiego ~~od oryginału w~~ jedynie tylko co do pisowni zachodziły różnice. W naszym kopiarzu przywilej ów po trzykroć zamieszczony znachodzimy: raz jakoby z oryginału samego przepisany, drugi raz w przywileju biskupa Pawła Przemankowskiego z r. 1273 No , ~~wreszcie~~ trzeci raz wreszcie w zatwierdzeniu Zygmunta Starego z r. 1533. – Dla odróżnienia zaznaczamy odmianki oryginału ogłoszonego przez Bartoszewicza literami Bart., odmianki przywileju biskupa Pawła Przemankowskiego literą P., zaś zatwierdzenia Zygmuntowego literą Z.

1271. die 28. mensis Iunii.

Venerabili in Christo patri domino P. Cracouiensi (episcopo) Thomas Dei gratia episcopus Wratislauiensis oraciones deuotas cum omni reuerencia et honore. Non sine dolore ingenti vestre paternitati duximus intimandum, quod dominus Boleslaus dux Cracouie, Dei timore postposito, iniquo ductus consilio cum innumeris Ruthenorum, Comanorum et Lituanorum milibus Slesiam inuadendo, hostiliter villas nostras et Lubucensis ecclesie aliarumque ecclesiarum nostre dyocesis spoliauit et incendio deuastauit, et quod cum magno dolore referimus, ecclesiarum hostijs effractis et omnibus inde miserabiliter abstractis, earum emunitate penitus violata, per ipsum ducem et suos in nostra dyocesi multi sunt occisi, plures vulnerati et innumerabiles Christi fideles, iuuenes et virgines, senes cum iunioribus in captiuitatem miserabiliter sunt abducti, non parcentes sexui vel etati. Quare pater reuerende deuocione vobis omnimoda supplicamus, quatenus prefatum ducem et suos barones, maxime Varsonem castellanum, Petrum palatinum Cracouiensem, Ianusium palatinum Zandomiriensem, Dobeslaum de Vislicia, Lassotam de Sandecz, Smilonem de Bresco, Iacobum de Lublin, Boxam de Malogošć castellanos, Nicolaum filium Mzuy, Mirozlaum iudicem curie, Zegotam pincernam Cracouiensem, Jbolkam (s) filium Michaelis, Boguſalum minorem, Laurencium, ut ante instans proxime festum Assumpcionis b. Marie virginis nobis et ecclesie nostre necnon et alijs ecclesijs, quas sic offenderunt atrociter sine culpa, de dampnis et iniurijs illatis satisfaciant, commonitos habeatis, alioquin sentencias, quas in ipsos rite tulerimus ex officij nostri debito, vel si quas ex ipso facto incurrerunt, in vestra dyocesi vobis placeat publicare et publicari per alios faciatis, ne, quod absit, tam enorme factum in contemptum ecclesiastice libertatis perpetratum, inpunitum remaneat et ceteri similia facere non formident. Datum in Wratislauia (anno Domini MCCLXX primo, IV kal. Iulij).

Stenzel: Urkunden zur Geschichte des Bisthums Breslau im Mittelalter (Breslau 1845), str. 38.

18

1271. die 18. mensis Julii.

Illustri principi domino B. duci Cracouie, Thomas Dei gracia Wratislauiensis episcopus paratam ad beneplacita voluntatem. Cum per hostiles ingressus vestros vestrique exercitus in Slesiam bona nostra aliarumque ecclesiarum in nostra dyocesi sint per rapinas et incendia deuastata, Christi fideles multi abducti, et quidam eorum omni pietate relegata mortis sint supplicio deputati, vestram dominacionem vna cum militibus vestris duximus presentibus ammonendam, quatenus de dampnis et iniurijs nobis alijsque ecclesijs in nostra dyocesi illatis satisfacientes, taliter in premissis faciatis, ne nos de vobis et vestris baronibus coram nostris superioribus oporteat querelari et ne peccatum per vos et vestros in bonis ecclesiasticis perpetratum, cedat in anime vestre preiudicium et grauamen. Datum anno Domini MCCLXXI, XV kalendas Augusti.

Stenzel: Urkunden zur Geschichte des Bisthums Breslau im Mittelalter (Breslau 1845), str. 44.

wł 19.

1271. die 7. mensis Augusti.

Illustri principi domino B. duci Cracovie, Thomas Dei gracia Wratislaviensis et V. Lubucensis episcopi paratum obsequium et sincerum. Cum jam prima vice monuerimus vos per literas nostras patentes, ut de dampnis et iniurijs nobis alijs, que ecclesijs in Wratislauiensi dyocesi per vos et vestros multipliciter illatis, satisfacere curaretis, et vos, de quo dolemus, nostram monicionem admittere nolueritis, vos secunda vice monemus in hijs scriptis, quatenus Deum habentes pre oculis, nobis alijsque ecclesijs, quibus in dicta dyocesi per vos et vestros dampna et iniurie sunt illate, satisfacere dignemini, sicut decet, ne peccatum per vos et vestros in bonis ecclesiasticis perpetratum cedat in anime vestre preiudicium et grauamen. Monemus etiam milites vestros et maxime Varsonem castellanum, (Petrum) palatinum Cracouiensem, Janusium palatinum Sandomiriensem, Dobeslaum de Vislicia, Lassotam de Sandec, Smilonem de Bresco, Jacobum de Lublin, Roxam de Malogost castellanos, Nicolaum, Mirozlaum filios Mstuij, Segotam pincernam Cracouiensem, Zelzkam filium Michaelis, Boguphalum minorem et Laurencium, ut similiter de dampnis illatis nobis dictisque ecclesijs satisfaciant competenter, in nulla appellatione confidenter, que est friuola ipso iure, cum in notorijs et manifestis locum non habeat refugium appellacionis. Datum anno Domini MCCLXX primo, VII Idus Augusti.

Stenzel: Urkunden z. zur Geschichte des Bisthums Breslau im Mittelalter (Breslau 1845), str. 45.

m 20.

1271. die 27. mensis Augusti.

Illustri principi domino B. Cracouiensi duci, Thomas Dei gracia Wratislauiensis et V. Lubucensis episcopi paratum obsequium oracionibus cum deuotis. Cum iam primo et secundo monuerimus vos per literas nostras patentes, vt de dampnis et iniurijs nobis alijsque ecclesijs Wratislauiensis dyocesis per vos et vestros multiformiter illatis satisfacere curaretis, et vos, de quo dolemus, nostram ammonicionem admittere nolueritis, vos tercio monemus in hijs scriptis, quatenus Deum habentes pre oculis, nobis alijsque ecclesijs in dicta dyocesi, quibus per vos et vestros dampna et iniurie sunt illate, satisfacere dignemini, sicut decet, in nulla prorsus appellatione confidentes, que ipso iure friuola est et vana, cum in notorijs et manifestis locum non habeat refugium appellacionis. Monemus etiam vestros in hijs scriptis milites, videlicet Varsonem et ceteros, vt de dampnis illatis nobis dictisque ecclesijs satisfaciant competenter. Datum in Otmuchow VI kalend. Septembris, anno Domini MCCLXX primo.

Stenzel: Urkunden zur Geschichte des Bisthums Breslau im Mittelalter (Breslau 1845), str. 45.

21.

[illegible]

[Ulanowski: Materiały do hist. prawa nr. 1]

24

-79

Secundus Premisl dux Polonie 1271 ~~in d. b. Lucie virg.~~ Dec. 13, Gnezne;

In nomine Domini amen. Dum vivit litera vivit et actio commissa litere cuius assercio nutrit memoriam et roborata suscipit incrementum. Nos igitur secundus Premisl Dei gracia dux Polonie notum facimus universis tam modernis quam futuris ad quorum noticiam presens pagina fuerit devoluta quod veniens nostram ad presenciam aliorumque terre strennuorum militum nobilis vir Simeon canonicus Gneznensis iudicialiter processit et egit super Woyslaum heredem de Stkaw et super fratrem ipsius Janussium heredem de Malochow racione decimarum quod ab ipsis decimam manipulatim volebat habere. Et idem Woyslaus una cum fratre suo Janussio evaserunt predictum Simeonem canonicum Gneznensem. Et nominati strenui milites qui tunc temporis circa nobis videbantur presidere

17.

sunt pro ipsis atestati quod Woyslaus de Stau et frater suus Janussius de Malochowo essent nobiles et sunt nobiles istius clipei et clenodii atque genealogie Barkala (Zaramba). Nos vero de consensu strenuorum militum prefato Woyslao et Janussio iuxta aliorum nobilium consilia ubi ipsis placuit atque eorum legitimis successoribus eorum decimam porrigere adiudicamus Simeoni vero et suis posteris perpetuis temporibus carere abiudicamus. In cuius rei testimonium ~~test~~ sigillum nostrum presentibus est subappensum presentibus hiis testibus qui supra consienciam suam pro eis sunt atestati et sunt nobiles: primus Jarcamboldus palatinus Kalisiensis, comes Janko castellanus Kalisiensis, Zegotka venator Kalisiensis, Bodzantka venator Gneznensis, Sandivogius succamerarius Gneznensis, comes Nicolaus dapifer Gneznensis, Czechoslaus Cozelcovicz. Datum et actum Gnezne in die beate Lucie virginis per manus Gothpoldi (Kothpolan) notarii nostre curie anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

Gniezno. Arch. Consistor. archiepal. Acta d.a. 1500.

1273.

Nos Stephanus Dei gracia rex Vngarie, notum facimus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod in causa, quam habemus cum domino Othakaro rege Boemie illustri, per dilecto affine et cognato nostro, quem nobis pro patre karissimo reputamus, super facienda concordia et ordinanda, componenda, vallanda et stabilienda pace seu concordie vnione elegimus et assumpsimus pro parte nostra in mediatricem, arbitricem et amicabilem compositricem serenissimam dominam Elizabeth(!) ducissam Cracouie, carissimam sororem nostram, eius compositioni, ordinationi, laudo, arbitrio et sentencie super ipsa pace et ceteris reformandis inter predictum dominum regem et nos submisimus nos et consensimus ac etiam consentimus, promittentes bona fide sine fraude pro firmo et rato habere et tenere, quidquid predicta domina inter ipsum dominum regem et nos pro bono pacis et concordie ordinauerit, composuerit, laudauerit, sententiauerit et fuerit arbitrata, nec recedere ab eo vllo ingenio, studio vel modo. Et ad premissa omnia et singula approbanda, percipienda, tenenda et seruanda nos presencium testimonio obligamus, quas duplici nostro sigillo et sigillis venerabilium patrum Vngaricalium episcoporum et dominorum magistri Bertoldi etc. fecimus communiri. Datum in Vngaricali Broda anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, septimo kalendas Nouembris etc.

Boczek: Codex diplomaticus Moraviae, Tomus V, N. 44
z Dobnera: Monumenta historica, Tom. II, str. 370.

22.

Siostra Stefana V króla węgierskiego, Elżbieta, zaślubiona była Henrykowi bawarskiemu, lecz ta † 24/1 1271 a księżną krakowską była druga siostra onegoż Kunegunda. Jeśli data listu prawdziwa, tedy mógł być tylko do K. pisany.

jest w kodexie Rzyszczewskiego, tom II, str. 89-90.

[Kod. Pol. t. 2, nr. 103.]

1274. [30.V.]

In nomine Domini Amen. Ea quae aguntur in tempore labuntur in tempore praeterea sapientium sanxit auctoritas acta principum fide testium ac scripti memoria confirmare. Noverint igitur universi tam praesentes quam futuri praesentem paginam inspecturi quod nos Leszko Dei Gratia Dux Siradiensis cum de reparatione pontium in Siracz cum Baronibus nostris tractare coepissemus, qualiter eos bono modo pacificare possemus, et quia quantitas operis se in magis extendebat, quam nostra potentia ei operam poterat ministrare, nisi homines Beatae Mariae Virginis Ecclesiae Wladislaviensis de villis Wolboriensibus eidem operi insisterent laborantes quare baronum nostrorum fretus consilio fratrem nostrum Wolimirum Ecclesiae Wladislaviensis Episcopum condignis ac honestis precibus emolitum homines dictos ad opus pontium nobis petivimus non deesse, qui non officio servitutis compulsi, sed voluntate spontanea, nec non nostra necessitate insurgente

nobis affluerunt gratulanter. Praeterea facta nostrorum praedecessorum nolentes irritare Domino Wolimiro Ecclesiae Vladislaviensis Episcopo et omnibus successoribus eius in omnibus villis Wolboriensibus in nostro Dominio collocatis a renovatione operis novi vel antiqui plenam conferimus perpetuo libertatem, pro quo si citati fuerint coram nobis, nec non coram aliquo nostro Judice tenebuntur comparere. Et quod ea quae fecimus robur obtineant firmitatis praesentem paginam munimine nostri sigilli fecimus roborari. Acta sunt haec praesentibus iis, Sorhegio Comite Palatino Siradiensi, Thoma Castellano Dirisio Castellano de Rospza, Judice Miroslao, Domino Cancellario Rafaele, Swentoslao Castellano de Suscimir, et aliis pluribus qui huic negotio affuerunt. Datum in Mruza Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto 3 Kalendis Junii.

1275. [8. IV.]

[Kozłowska-Budkowa Dok. Norb. Imbr. nr. 8.]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, patris et filij et spiritus sancti amen. Omni caligini ianua precluditur, dum quod geritur, scriptis memorie commendatur. Proinde tam presentes nouerint, quam futuri, quod nos frater Florianus diuina miseracione abbas de Brzesko, et frater Drobco prepositus de Imbramouicze, necnon Goslaua magistra totusque conuentus de Imbramouicze, ordinis beati Augustini, intendentes ecclesie nostre reditus excrescere in profectus et honorem, et homines probos et imperitos agricolas in eiusdem ecclesie hereditatibus congregare, dedimus et contulimus Lamberto filio Balduini duas villas videlicet Zagorow et Trzeczesch ad locandum iure Theutonico, tali videlicet iure, quali ciuitas Nouoforensis circa Vratislauiam est locata, que Sroda Polonice, Theutonice vero Neumark appellatur, ita nempe, vt si super aliquo dubitatum fuerit, ad ius et formam iuris Nouoforensis a dubitantibus recurratur: constituendo in eisdem villis dictum Balduini filium Lambertum et ipsius posteros scultetum et iudicem sub hac forma, quod postquam terra fuerit diuisa in sortes, mansos seu laneos Nouiforenses ita, quod in Trzeches XXX et duos mensura iusta demonstrabit, duos laneos conferimus ecclesie ibidem construende, quinque vero Lamberto et eius posteris non solum masculini sexus, sed et feminini, ab omni censu, decima et exaccione liberos et exemptos; et eodem iure in Zagorow quinque sibi suisque posteris iure hereditario possidendum. Vbi vt XXX mansos eadem mensura determinabit, ita, quod in vtraque villa sexaginta et duos laneos in vniuerso iurisdiccioni

/ dicti Lamberti assignamus, quos omnes locabit alijs agricolis,
exceptis duodecim prenotatis, scilicet duobus mansis ecclesie pa-
rochialis et decem Lamberti. Item contulimus eciam eidem Lam-
berto et eius posteris auctoritatem liberam et pro suo libito su-
per fluuium, qui Dlubnia vocatur, duo construendi molendi-
na, de quibus nulli hominum quidquam dare vel aliquod
seruicium facere sit astrictus, preter quod domui nostre in omni
necessitate tenebitur molere absque aliqua contradiccione. Et
si quando nos piscari contigerit in clausuris eciam earundem
molendinorum, pisces qui capti fuerint inter nos et ipsum
scultetum per medium diuidentur; et si plures clausuras ex-
struxerit iudex sepedictus, piscinas siue stagna iure heredita-
rio libere possidebit, nec aliquem nostra domus ad ea habe-
bit respectum. Item dedimus eciam eidem sculteto nostro in
Zagorow construendi vnam tabernam liberam pro se et suis
posteris facultatem, ab omni solucione liberam et exemptam;
aliam vero in Trzecesch construet vna nobiscum de suis et
nostris laboribus et expensis, cuius fructus nostre domui di-
midium et sculteto dimidium pertinebit. Volumus preterea
et hoc firmiter promittimus obseruandum, vt omnes incole,
que in Trzeczes terram acceperint ad colendum et extir-
pandum, per sedecim annos neque decimam neque cen-
sum nec aliquam exaccionem cogantur soluere vel ali-
quod seruicium facere, sed per XVI predictos annos gau-
deant omnimoda libertate a die beati Martini proxime
nunc currenti; hi vero, qui in Zagorow, sex tantum
annis erunt liberi a decimis et a censu. Postquam vero
libertas fuerit elapsa, tunc quilibet colonorum de suo la-
neo quatuor mensuras tritici et quatuor siliginis, et
tres auene et vnam mensuram pisi pro decimis, et pestonem

argenti vsualis per singulos annos (racione census) exsoluere sit astrictus; scultetus vero de iudicio, duobus denarijs pro nostra domo assignatis, tercium semper pro se ac suis successoribus retinebit. Hoc eciam nostri iuris erit, quod ter in anno eorum iudicijs intererimus vel aliquem mittemus a nostro latere, sicut consuetudo Nouiforensis habet. In eorum procuracione scabinis eorum causas dirimendi tam paruas, quam magnas (concedimus potestatem), ita, quod eis liceat malefactores eciam vltimo supplicio deputare, secundum quod in Cracouia et in Bochna. Et si quando ad expedicionem eundum fuerit, scultetus vel alter forcior eo loco ipsius equitabit cum duobus armatis competenter. Item siluam eciam vsibus colonorum liberam conferimus tam pro igne, quam pro domibus eorum edificandis, que iacet inter Boloche et alteram villam Chiloue; alijs vero vendere extraneis non attendent. Item durante libertate de iudicio nichil ad nos pertinebit. In cuius rei memoriam et testimonium presens scriptum sibi contulimus nostrorum sigillorum munimine roboratum. Actum publice anno Domini MCC LXX quinto, datum sequenti die Ramispalmarum. Presentibus fratre Mathia priore et Cristiano et Matheo fratribus de Imbramouicze et alijs quam pluribus.

Notificationes e curia principis episcopi Cracoviensis N. 2919 z r. 1894, IV str. 125.

84

[Dok. Kuj. Maz., nr. 42, s. 108.]

Pajęczno. an. 1276. ~~...~~

Lesco dux Siradiae Radslavo largitur facultatem ius militare accipiendi, donatque ei ~~...~~ villam Dambrowam.

KsM 79 205.

1276

In nomine Domini amen. Quoniam facta modernorum haberi solent dubia a posteritate succedentium, nisi literarum apicibus roborentur, idcirco nos Lestko Dei gratia dux Siradiensis notum esse volumus tam praesentibus quam futuris praesens scriptum inspecturis, quod inspecto fideli servitio Rasslai filii Domeslai, cum liberum facimus cum tota posteritate dantes ei et Rimisio eius filio in omnibus plenum ius militare accipiendum sicut ceteri milites accipiunt. Contulimus etiam ei totique posteritati suae Dambrowam ultra fluvium, quo vulgariter Trzebicona vocatur, cum omni iure militari, hereditario iure perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium hanc paginam contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt haec anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto. Praesentibus his testibus

domino Raphaele Cancellario
Comite Zawissa Castellano Siradiensi
Comiti Succeslao ~~Spicim~~ Castellano Spicimiriensi
Comite Thoma Castellano Rospiriensi
Comite Paulo Pincerna
Comiti Nicolao Succamerario
Comite Mestolio Subpincerna
Joanne Clerico, per cuius manum est hoc privilegium datum. In Civitate quae Pajeena vulgariter nuncupatur.

~~Confirm. a Sigis. Aug. Cracoviae~~

Ex confirmatione Sigismundi Aug. regis an. 1550 1550 data in librum MR. 79 f. 205. relata.

Pajenczno, nam ita legendum putamus, oppidum parochiale Petricoviensis territorii, Radomscensis regionis.

[Zbiór Mog., nr. 33.] 85

1276. [17. I.]

In nomine dñi amen. Nos Boleslaus Cracovie et Sandomirie dei gracia Dux illustris. Notum esse volumus et perpenni memorie commendatum: Quod cum fratres de Sagosth ordinis hospitalariorum sti Johannis Abbatem et fratres domus Claretumbensis Cysterciensis ordinis Cracoviensis dyocesis crebro molestarent in hoc, quod homines de villa Janusovich, que est eorum de Sagosth, servitutem sive vectigal, quod wlgo dicitur Prewod, trahentes, ducebant super homines de villa Kacich, que est eorum de Claratumba, predicti Abbas et Conventus memoratos fratres in causam coram nostro judicio traxerunt, asserentes, quod in eorum gravamen et prejudicium hoc exercebant, cum non per Kacich illud prewod iter habere debebat, secundum cursum ab antiquo consuetum. Unde ad eorum instantiam illi de Sagosth evocati, termino partibus assignato comparuerunt, sed per Dominam conjugem nostram utcumque excusati, respondere noluerunt. Iterato vero terminus in iudicio partibus extitit assignatus, in quo eciam illi Sagoscenses excusationem similem pretendentes, respondere non curarunt. Ad instantiam vero iustam partis adverse, terminus tercio et peremptorius fuit assignatus; quo adveniente illi de Sagosth nec excusationem attulerint, nec omnino comparuerant. Quarto denique termino ex habundanti partibus assignato, ipsi quoque de Sagosth comparere contempserunt. Unde prefatis Claretumbensibus sibi iusticiam fieri humiliter et instanter petentibus, Nos per diffinitivam sententiam questionem vel causam taliter intentatam decidi mandavimus atque terminari; quod et in presencia nostra factum est iudicio terminato secundum legem vel consuetudinem patrie adversus contumaces actenus semper observatam. Sic ergo iudicialiter homines et villa de Kacich absoluti sunt a receptione Prewod, si ad ipsos ab hominibus de Janusowich forte de cetero traheretur. Nos ergo iudicium hujusmodi in nostra presencia diffinitiva sentencia terminatum approbamus et eciam confirmamus, hanc paginam super hoc confectam sepedictis Abbati et Conventui Claretumbensibus concedentes, nostri sigilli in munimen perpetuum appensione roboratam. — Actum in Cracovia Anno dñi M°CC°LXX sexto, indictione quarta XVI Kal. Febr. in nostrorum multorum nobilium presencia, quorum nomina sunt hec. Sbigneus Judex, Adam Subjudex, Petrus Dapifer, Woyslaus thesaurarius, Martinus gladiator, Boguslaus Wansicowich Cracovienses, et alij multi. —

(Z oryginału klasztoru Mogilskiego, na pergaminie, u którego na niciach czerwonych i żółtych pieczęci woskowej, sama tylko skorupa.)

Nos O. Dei gracia etc. notum facimus etc. quod nos cupientes iungi taliter magnifico principi domino B. inclito duci Cracovie et Sandomirie amicabili, beniuola et oportuna opis inpensione vel auxilij, quemadmodum affinitatis glutinamur vinculum, eidem domino duci promittimus bona fide, quod nos sibi prestabimus auxilium contra omnes personas ipsum offendere, ledere, inpetere volentes, et precipue contra dominum Romanorum regem ipsi duci astabimus fideliter et potenter, dummodo idem dominus dux nobis viceuersa simile inperciatur auxilium contra illos, qui nos vellent inpetere, et precipue contra dominum Romanorum regem, quandocumque fuerit oportunum, fideliter et potenter.

Voigt Johannes: Das urkundliche Formelbuch des königl. Notars Heinricus Italicus aus der Zeit der Könige Ottokar II. und Wenzel II. von Böhmen. Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen. Tom 29. (Wien 1863) str. 46.

Nos B. etc. notum facimus etc. quod licet nos in magnifico domino, domino O. inclito rege Bohemie naturalis connexione federis uniamur sicque stringamur sanguinis ligamine vincientis, ut non uideretur fore necessarium, nos debere vel posse ad nostros animos mutue beniuolencie connubio fibulandos aliquod efficacius inuenire, tamen quia nonnumquam amicabilium obligacionum vincula solidius et stabilius mentes hominum amicicie coniungunt affectibus, quam natura, ymmo nature suffraganea connedent firmius iam connexa, ut cum domino O. striccioris amicicie et beniuolencie conplexibus annectamur, sibi tenore presencium promittimus bona fide, quod nos eidem domino regi cum omni nostrarum virium potentatu perpetuo astabimus contra omnes, qui eum inpeterent seu vellent aliquatenus inpugnare, et specialiter contra dominum R. Romanorum regem, quociens cumque et quandocumque nos duxerit requirendos, dummodo non fuerimus ea vice

./. necessitate legittima et urgente, que evidenter claresceret, im-
pediti, exceptis veruntamen et nostris consanguineis et amicis.

Voigt Johannes: Das urkundliche Formelbuch des königl. No-
tars Henricus Italicus aus der Zeit der Könige Ottokar II.
und Wenzel II. von Böhmen. Archiv für Kunde österreichi-
scher Geschichts-Quellen, Tom 29 (Wien 1863), str. 46.

1278.

Nos B. Dei gracia dux Cracovie, presentis scripti tenore notum fieri volumus universis, tam instantis etatis hominibus quam futu-re, quod vera fide promittimus, corporali super hoc prestito iuramento, castra ... que sunt assignata nobis, ut obligata teneantur in tanta quantitate pecunie, quantam pro recompensacione dampnorum domino B. inclito duci Maioris Polonie per homines Slezie il-latorum, nos et dominus W. inclitus dux Opulie racione previa taxavimus, sine difficultate restituere et ordinare ac procurare, ut dicta castra restituantur et resignentur domino O. serenissimo regi Bohemie aut domino H. inclito duci Wratislavie nepoti nostro, vel illis, quibus eadem castra illi fecerint assignari, cum primum dicta pecunia, que per nostrum et domini Opuliensis arbitrium super recompensacione dampnorum prefatorum taxabitur, fuerit exsoluta, et ad maiorem cautelam premissorum non solum nos iuravimus, verum eciam .. cancellarius noster et milites nostri .. qui omnia predicta iuraverunt fideliter adimplere. Quod si forte illo tempore, in quo solveretur pecunia, non viveremus, tunc barones nostri pre-dicti, qui tactis sacrosanctis ewangelijs hoc, quod nos iuravimus et et promisimus, iuraverunt, prefata castra resignabunt atque re-stituent vel restitui procurabunt omnino prefatis dominis O. regi Bohemie aut duci Wratislavie vel illis, quibus illi mandaverint assignari. Et quum sinceris zelamur affectibus concordiam atque pacem, tenore presencium declaramus atque promittimus fide data, quod tam nos, quam dominus B. inclitus dux Maioris Polonie prelibatus studiosam dabimus operam et diligenter curabimus, ut dictus dominus Wratislavie, qui a dominis B. Slezie et H. ducis de Iawer filio eius captivatus detinetur, debeat et valeat liberari a vinculis et restitui pristine libertati modis, quibuscumque va-luerimus, dictos duces B. Slezie et H. de Iawer filium eius studio-sius inducentes. Quod si forte predicti duces B. et H. filius eius nol-lent nostris et dicti domini B. incliti Maioris Polonie acquiescere consilijs, necnon nostra attendere monita, ut prefatum nepotem nostrum a captivitatis nexibus liberarent, extunc tam nos, quam predictus dux Maioris Polonie ipsis omnimodis deseremus, nec ali-quod ipsis subsidium vel adminiculum consilij, auxilij vel favoris impendemus, sed pacienti tolerabimus animo, quod prefatus do-minus rex Bohemie causam prefati ducis Wratislavie cum suis consanguineis, fautoribus et amicis, sicut efficacius poterit, prose-quatur, nullum sibi in hac parte impedimentum prestare volen-tes, quominus valeat prosequi dictam causam. In cuius rei testi-monium et robur valiturum etc.

Voigt Iohannes: Das urkundliche Formelbuch des königl. No-

25.

/ farr Henricus Italicus aus der Zeit der Könige Ottokar II. und Wenzel II. von Böhmen. Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen, Tom 29 (Wien 1863) str. 47.

Zob. Emlera regesta, gdzie tekst zupełniejszy i Kodeks wielkopolski N. 468.

Letari et gaudere tenemur, et utique sic facimus, quandocunque boni status et salutis vestre prospere relacione aliqua veridica consolamur; unde si secundum desideria vestra cuncta circa vos aguntur prospera, tamquam de proprijs attentissime gratulamur: rogantes cum fiducia, ut inducere dignemini dominum et maritum vestrum carissimum, quod nobis vos liceat videre personaliter posse; habemus enim multa digna relatu vobis mutuo et occulte, et maxime, ut in vestra rara et desiderabili presencia nostra concupiscencia saciatur. Ceterum quia, sicut scitis, nos quasi omnibus orbatam esse carnalibus, ex imo cordis supplicandum dileccioni vestre duximus, quatenus causa nostre dileccionis inducere per vestras literas dignemini dominam et sororem vestram carissimam, ducissam Cracouiensem, materteram nostram, ne in veniendo ad nos carissimam sororem nostram quomodolibet debeat impedire, ut eius consolemur presencia, cui semper desideravimus summopere commanare.

Z księgi formułowej królowej czeskiej Kunegundy, przechowanej w bibliotece nadwornej w Wiedniu pod N. 526, ogłosił Palacky w dziele: Über Formelbücher zunächst in Bezug auf böhmische Geschichte, I Lieferung, Prag 1842, str. 285, N. 48. Palacky oznacza, że to jest list królowej Kunegundy do Jolanty księżny kaliskiej, mający na celu skłonienie Kunegundy księżny krakowskiej, iżby pozwoliła Gryfinie na odwiedzenie królowej. Dla ~~objaśnienia podano~~ przypomnienia rodowodu nadmieniamy, że Jolanta żona Bolesława kaliskiego i Kunegunda żona Bolesława wstydliwego, córki króla Beli IV, były siostrami rodzonemi, a ciotkami Kunegundy żony Przemysła Otakara II i Gryfiny późniejszej żony Leszka Czarnego, które znowu między sobą były siostrami rodzonemi, córkami Rościsława Halickiego z innej córki króla Beli IV. Gdy Bolesław kaliski umarł w r. 1279, w tym zaś liście jest jeszcze jako żyjący wspomniany, przeto list powyższy nie może być późniejszy nad r. 1279. Z drugiej zaś strony wyrazy użyte przez królowę „nos quasi omnibus orbatam esse carnalibus", wskazują, iż list pisany jest wnet po śmierci męża swego Przemysła Otokara II, poległego w sierpniu 1278 na polu marchrianem a przed pojednaniem się z Rudolfem Habsburskim, a więc jeszcze w jesieni r. 1278.

Perquirentes racionis circumspecte scrutinio gencium genera diversarum [a], invenimus, quod nobis magis est conformis spaciosa [b] Polonie nacio inter universas orbis provincias nostris, quas auctore Deo gubernamus, regionibus eadem cuiusdam proprietate similitudinis magis eciam est affinis: ipsa enim in lingue consonancia nobis convenit, ipsa proxima loci [c] contiguitate nullius intersecta distancie [d] spacio, terris nostris coniungitur, ipsa et unione glutinatur sanguinis et affinitatis nobis aumittitur vinculo, et demum tantam inter ipsam nostramque serenitatem reperitur conformitatis comparitas, ut ~~sua~~ suos alumpnos et nos ex eiusdem vena profluxisse scaturiginis glorietur. Ob istius itaque consideracionis aspectum veris utique racionibus veroque provisionis tramite procedentem, et illius transimus disposicionis in habitum, et ad hoc naturalibus inducimur suasionibus, ut magnificos Polonie principes, barones, milites et populos universos, quos in sue amplitudinis sinu complectitur atque fovet, stricciores [e] dileccionis prosequamur benivolencia, ipsorum gaudeamus in prosperis et turbemur adversis, ipsis cupiamus adesse presidio, suique honoris et glorie continuum zelemus augmentum. Ex hac [f] eciam consideracione magis nobis emergit fiducia ac consurgit et provenit spes infracta, ut nos in necessitatis [g] articulo requirere debeamus intrepide nobisque letanter curetis subvenciones et auxilia exhibere. Unde cum Rudolfus rex Romanorum non contentus, quod nobis abstulit terras nostras, fervens adhuc malignandi cupidine, offendendi nos amplius sibi estuet pociori, cumque nos ad resistendum sibi viriliter desidiosum nunc erexerimus animum, velimusque suis occurrere potencia nostre manus obice contumeliosis insultibus et pressuris, dileccionem vestram altencius duximus exorandam, quatenus nobis in auxilium venire dignemini cum strennua, sicut vestram decet excellenciam, armatorum militum comitiva. Itaque in festo Penthecostes nunc venturo sitis in civitate nostra Opavie constituti, ubi per solempnes [h] nostros nuncios vos [i] et vestros decenter eo tempore faciemus recipi et honorifice conduci ad nostre [k] presenciam maiestatis. Sed ad huiusmodi quidem nobis impendendum subsidium non solum prefata vos debet induce (racio), verum eciam cause [l] efficax alterius argumentum, quia si, quod absit, nos contingerit prefati regis oppressione pessumdari, insaciabiles [m] Theutunicorum hyatus se liberius expanderent et manus improbas usque in ipsam provinciam extenderent ipsorum noxy apetitus [n]. Sumus enim nobis et terris vestris

/. quasi firmum secure tuicionis presidium, quod si forte ante seuientis impugnacionis faciem non posset, quod Deus auertat, resistere, inteligere potestis o) uobis et uestris p) subditis magna tunc pericula imminere, quia procax habendi fames contenta non esset, nos tantum sibi subicere, sed bona uestra q) diriperet et in vos insuper intollerabilibus r) angustiarum grauaminibus inseuiret. O quantis afflliccionibus exosa Theutunicis vestre tunc oprimeretur nacionis numerositas, o quam dire seruitutis iugo libera submitteretur Polonia, o quanta sub clade fatisceret tunc vniuersitas vestre gentis, certe in promptu satis est aduertere magisque uos s) potestis preconicere, quam deceat t) nos referre. Quapropter intendite in adiutorium nostrum, intendite et ad propulsandum longius distantis adhuc flamme incendium opem et operam efficaciter exhibete, attendentes, consulcius fore instare principiis, quam postquam ignis vorago nimis inualuerit, iam resistenciam non timentis, et quod is, qui vicinam domum, ne comburatur, defenderit, tuetur propriam mansionem. Ad hoc nuper vestra serenitas intellexit, quod dictus rex Rudolfus suis suasoriis legacionibus vos non solum a nostra u) quesiuerit amicicia et ab impensione iuuaminis remouere, verum eciam dissidentis inter nos zyzanie lolium seminaret. Qua de causa cum, si bene velitis attendere, hoc ad honorem vobis non accederet, sed pocius ad iacturam, affectuose deposcimus, quatenus ipsius suggestionibus aures nolitis patulas adhibere, quinymo nostrum, qui de vestre sumus gentis genere, (in) auxilium accingamini hilariter et potenter, deliberacione aduertentes prouida, quod si vestrum iuueritis, vos iuuatis, et utique si nobis parabitis auxiliaris dextre subsidium, nos (aduersus) aduersarios vestros nostrarum exponemus potenciam virium et vobis potencialiter assistemus, siue idem aduersarii vestri Christiani fuerint vel pagani. Preter hec quidquid talis super hiis vobis pro parte nostra retulerit, credatis dubietate qualibet proculmota. Datum Prage etc.

Z kopii formułowej zawartej w rękopisie biblioteki jagiellońskiej w Krakowie, N. 439 na karcie 207, stronicy odwrotnej. Znak wodny rękopisu przedstawia smoka skrzydlatego, jaki się znachodzi na papierze z ostatnich lat XIV i pierwszych lat XV stulecia. Temu też czasowi odpowiada charakter pisma rękopisu. Ten list powyższy poprzednio drukowany u Dollinera: Codex epistol. Premislai Ottocari II, str. 93, tudzież w Emlera: Regesta diplom. nec non epist. Bohemiae et Moraviae, pars II, N. 1106. Tekst naszego rękopisu jest pełniejszy, zawiera bowiem miejsce, skąd list pisany, powołanie się ~~[illegible]~~ przy końcu na ustne relacye, które poseł złoży, oraz oznaczenie czasu i punktu zbornego dla podążających posiłków,

/.

natomiast znajdują się w nim liczne mylki przepisywacza, które przeważnie wedle drukowanego tekstu poprawiliśmy: a) diuersorum, b) spacioso, c) leti, d) distancia, e) striccioris, f) Et hoc, g) necessariis, h) soluentes, i) nos, k) vestre, l) esse, m) insaciabilis, n) aperitur, o) prius, p) nobis et nostris, q) nostra, r) intollerabilius, s) nos, t) de causat, u) vestra.

Grünhagen (Regesten N. 1566) nie wierzy w autentyczność paryzkiego listu i uważa go za proste stylistyczne ćwiczenie tego czeskiego notaryusza z XIV wieku, który miał współdziałać przy układaniu księgi formułowej króla Otokara. Daty zawarte w naszym rękopisie usuwają wszelką wątpliwość co do autentyczności tego listu, tylko nie należy pod książętami polskimi domyślać się z Dollinerem zniemczałych książąt szlązkich, do których Przemysł Ottokar II w imieniu spólności szczepowej zapewne odzywać by

?) przede wszystkiem książąt wielkopolskich a zwłaszcza się nie zamierzał, ale Bolesława Kaliskiego i Bolesława Wstydliwego, którzy obaj przez żony swe, córki Beli IV, spowinowaceni byli z królem czeskim, którego żona Kunegunda była wnuczką tegoż Beli a siostrzenicą żon Bolesława i Bolesława Kaliskiego. Zob. Dollinera i Palackyego II, 1, 294.

1278. [Cracoviae.]

[Cod. Pol. t. 3, nr. 56.]

(I)n nomine domini Amen. (C)um in humanis dispo-
sicionibus et agendis nichil ad summe perfeccionis et so-
liditatis cul[men potest] peruenire, sed sepe de gestis
hominum quamuis racionabilibus, tanquam de Naui
que fluctibus est exposita, sub serenitatis tempore time-
ri oporteat calumpnie tempestates; Ideo ea, que ex
vendicionis tytulo disponuntur, Necesse est, vt Lytterali
Memorie commendentur Ad habundantem noticiam
presencium et perhennem memoriam futurorum. Sciat
igitur tam presens etas hominum quam eciam po-
steritas successura, Quod Nos Lestco dei gracia dux
Cracouie, Sandomirie et Syradiensis, omnibus presen-
tibus et futuris insinuacione presencium declaramus,
Quod domina Katerina filia stefani filij ywonis
de maiori Polonia, Veniens coram nobis et Baro-
nibus nostris cum marito suo Boguphalo, Heredita-
tem suam patrimonialem cherubinouici dictam,
quam idem domina katerina post decessum pa-
tris sui multo tempore tenuit et possedit, sitam
in Castellatura Wisliciensi, Patruo suo Comiti Cle-
menti gladifero Sandomiriensi, filio comitis Lauren-
cij, nostro fidelissimo ministro pro Centum quin-
quaginta marcis puri argenti publice et manifeste
vendidisse recognouit. que stans ibidem coram no-
bis et alijs quam multis et plurimis nostris Baro-
nibus audientibus cum predicto viro suo Boguphalo,
a se ipsa et a suo viro iam nominato et ab om-
nibus suis amicis et consanguineis Hereditatem
dictam cherubinouichi cum omnibus plane vtili-
tatibus, vsibus et pertinencijs, quicquid spectat ad
eandem, predicto patruo suo comiti clementi cum
omni sua posteritate, non vi coacta, sed bona
sua voluntate Lucide et splendide in publico pro
dicta summa pecunie hereditario iure contulit et
donauit, pacifice et quiete inperpetuum possiden-
dam. Quam pecuniam prefatus clemens iam
dicte domine Katerine sue filiastre totam exintegro
sub nostro bono testimonio assignauit plenariter

[1]

et persoluit. Et quia volentes semper cuilibet pro di-
gnis obsequiorum meritis eque Retribucionis premia benignius
impertiri, vt qui ad obsequia nobis placita se prebuit vtilem
et non segnem, optatam premij percipiat A nostre munificen-
cie dextra porcionem, Damus et Conferimus ex nostra gracia
speciali, Quod prenominatus comes clemens cum suis posteris
omnimodam habeat libertatem et plenam potestatem Iudican-
di homines suos siue villanos habitantes in villa seu heredi-
tate iam dicta cherubinouichi, si cause enormitas exigerit, ad
duellum faciendum, quod mediantibus baculis solet fieri inter
aliquos sub dubio lytis Accertantes; Homicidium vero si in
cherubinouich hereditate iam sepius nominata uel intra me-
tas eiusdem hereditatis contigerit perpetrari, et vterque
tam occisor quam occisus de villa fuerit prenotata, sepe
fatus comes clemens cum omni sua posteritate Audacter et
precise Absque omni suo inpedimento iudicabit, Solucionem
pene capitalis siue homicidij libere percipiendo Absque vl-
la contradictione Palatini Sandomiriensis et Castellani Wy-
sliciensis. Damus et Confirmamus, quod omnes incole et inha-
bitatores, quicumque in villa iam sepe sepius nominata cheru-
binouichi mansionarij inueniuntur, Neque stroram, Neque
vaccam, neque ouem, neque stan, neque pouoz, neque po-
uoloue soluent, et ab omnibus alijs plane solucionibus et ex-
actionibus liberos facimus et exemptos: Qui coram Palatino
Sandomiriensi et Castellano Wysliciensi et eorum iudicibus
in nullo prorsus citati respondebunt, nisi coram nobis
tantummodo euocati per literam parebunt nostro Anulo
sigillatam. vt autem hec vendicio et nostre libertatis con-
cessio Robur firmitatis obtineat, presentem sibi paginam
super hijs confectam, nostri sigilli munimine fecimus
roborari. Acta sunt autem hec in cracovia Anno domi-
ni M°. CC°. LXX°. VIII°. Presentibus hiis, quorum ista sunt
nomina: Venerabilis pater noster dominus Paulus dei gra-
cia episcopus Cracouiensis, Comes Wars castellanus Cracouiensis,
Comes Ianusius palatinus Sandomiriensis, Comes Imramus tri-
bunus Cracouiensis, qui huius negocij extitit procurator et or-
dinator, Comes Iacobus filius Spitimiri, subagazo noster San-
domiriensis et alij quam plures. Datum X° Nonas Octobris.
per manum Philippi subcancellarij curie nostre.

1) Z oryginału pargaminowego, u którego na sznurku z pąsowego jedwabiu wisiała pieczęć obecnie wykruszona.

[Perlbach] 5 25 -92-

Premisl secund. dux Polon. 1280 Jun. 22, in Kalis;
Kölner Cop. 12b 13a n. 19.

1280. Juni 22. Kalisch.

Herzog Przemyslaw II von Polen gestattet dem Abt Hermann von Lad bei dem Dorfe Virbna ein deutsches Dorf Lyndenow anzulegen und befreit dessen Bewohner von allen polnischen Lasten.

XIX.
In nomine domini amen. Omnis actio temporalis memoria indigens ne pravorum hominum suggestionibus depravetur, utile visum est ut scripture testimonio roboretur et iusticia debitum sorciatur effectum; Unde noverint universi presentem paginam visuri, quod nos Premisl secundus dei gratia dux Polonie cupientes que ad divini nominis cultum spectant nostris temporibus potius augeri quam minui et ea prout possumus liberius confovere, quapropter nos progenitorum nostrorum devocionem quam semper habuerunt erga domum Landensem pio prosequentes affectu contulimus reverendo patri domino Hermanno abbati domus eiusdem et suis fratribus interpellantibus auctoritatem locandi in hereditate que Virbna dicitur villam cum Theutunicis et liberis Polonis pleno iure Theutunicorum, quam villam Lyndenow appellant, incipientes ab ipso fluvio Virbec usque in rivulum, qui Rechta vocatur, iuxta Dolan. Verum quia donum deo collatum legibus principum subiacere non debet, volumus predictam villam liberam et exemptam esse a pouoz, a preuod, a stroza, a dan, a naraz, a poduorove, a targove, a mostne, a castrorum edificio sive poncium quorumlibet, a recepcione seu custodia vel conductu castorariorum, a vicinia quod opole wlgariter nuncupatur, a custodia[a] vel solucione erediorum, quod socol nuncupatur et ab omni exaccione seu collectione, que pouolove dicitur, a vecturis et expedicionibus vel omnibus iuribus in Polonia constitutis, quibuscunque censeantur nominibus, hoc solo excepto, cum aliquis contra dominum nostrum insultum fecerit, quod coloni

27

a) davor custo ausgestr. K.

sepedicte ville una nobiscum tenebuntur defensare. Iudiciorum nihilominus omnium, ut est de contencione, percussione, membrorum mutilacione sive eciam capitis perpleccione, ut maiorem circa deum in tremendo iudicio fiduciam habeamus, predictis fratribus per suum iudicem exequenda liberam auctoritatem concedimus. Nulli ergo castellanorum aut iudicum sive citandi sive iudicandi in ipsa villa ius aliquod reservantes has villas subsequentes domus prenotate Scarboseno, Suence et Goslauicz supradictorum iurium auctoritate potiri in perpetuum cupientes. In huius rei testimonium presentem paginam x.1.13. nostri sigilli munimine confirmamus, presentibus hiis domino Andrea cancellario Gneznensi, comite Cechoslao pincerna Kalisiensi, comite Bozotha[a] castellano de Geche,[b] Shalisio procuratore Kalisiensi. Datum in Kalis proximo sabato ante festum sancti Iohannis baptiste anno domini M°. CC°. LXXX° per Thilonem notarium nostrum.

a) Borocha K.
b) Gethe K.

cop. et coll.
10. XII. 82 r.

Mestwinus dux et dominus Pomeranorum 1280 Jul. 31, Gdanzc; monasterio Ląd 4 villas in territorio de Tczew sitas confert.

(~~Bulla~~ Z dwóch perg. oryg. w archiwie miejskiem w Kolonji, u każdego z nich ~~z tych u jednego~~ przywieszona pieczęć Mściwoja.)

Perlbach, Pomerell. Urkb. Nr. 314.

In nomine Domini amen. Omnis ordinatio moderna bona providentia ~~in~~ indiget et cautela ne longinquitate temporis vel malorum hominum malicia infirmetur ideo necessarium est ut scripture testimonio ad posteros propaletur. Hinc est quod nos Mestwinus Dei gracia dux et dominus Pomeranorum cupientes nostris temporibus divini nominis cultum non minui sed augeri ac ea que debentur viris ecclesiasticis et maxime religiosis prout possumus confovere ut liberius valeant Domino famulari sicut in tenore presenti plenius declaratur quod ad honorem Dei et sancte Marie virginis genitricis Dei nec non et sancti Nicolai contulimus fratribus de Lenda in Polonia Ordinis Cisterciensis has hereditates subscriptas quarum una vocatur Clodava secunda Mala villa tercia Succino Magnum et ecclesia cum dote antiquitus assignata scilicet Saerzevo hereditas iuxta Lagussov sita iure hereditario in perpetuum possidenda cum omnibus utilitatibus que nunc ibidem sunt vel in posterum inveniri poterunt cum rivulis et molendinis cum foro et tabernis et castoribus sibi ibi haberi possunt et si eis placuerit Teutonicos ibidem locare damus eis omne ius Theutonicorum videlicet quod scultetus eorum habeat liberam ~~auct-~~ auctoritatem decollandi suspendendi rotandi et exoculandi mutilationem menbrorum (sic) et ~~et~~ cetera iudicia que iuribus eorum cedunt. Notum eciam esse volumus et utile memorie commendare indicamus quod prenominate hereditates esse ducales et ab initio ducatui nostro spectare dinoscuntur nec aliquis hominum iure hereditario unquam possedisse vel aliquam ex eis ullo hominum collatam vel littera nostra confirmatam sed eas semper ad utilitates et necessitates nostras spetialiter deputatas ac destinatas. Cum igitur donum Deo collatum sit dignum et iustum est legibus principum non sit subiectum absolvimus predictos fratres et omnes homines eorum in predictis hereditatibus commorantes per totum do-

minium

minium nostrum a theloneo tam per Wizlam quam per terram et ab omni iure Slavico ab omni poradlne a psewod a povoza strosa a dan a stayn a naraz a potvorove a targove a mostne a castrorum edificio sive pontium novorum vel antiquorum et ab omnibus angariis et a castrorum custodia ab omni expeditione et carum nostrorum ductores aut equorum nostrorum custodes non recipiant neque pascant ab omni plane servitute que nunc vel in posterum succrescere potest. Et ut incole predictarum villarum planaria gaudeant libertate volumus atque inhibemus ut nullus palatinorum castellanorum vexilliferorum subcamerariorum aut iudicum nostrorum aliquam habeat ibidem citandi iudicandi iurisdictionem ac utilitatem. Et licet magna causa super ditos incolas emerserit nusquam captiventur incarcerentur seu citentur nisi in predictis hereditatibus et si fuerint citati ad aliquod castrum non compareant nisi ante ducem cum ipsius anulo speciali et ibi de quocunque crimine vel de capite aut de menbro (sic) coram duce aut ipsius iudice convicti et condenpati (sic) in penas sive septuaginta vel quinquaginta cuiuscunque (sic) censeantur nominibus omnes domino abbati de suis hominibus condonamus et suis usibus assignamus nichil nobis aut palatinis castellanis vexilliferis subcamerariis aut aliis nostris officialibus inde reservamus sed eos ad honorem omnipotentis Dei domino abbati voluntarie resignamus. Ut nichil maneat intactum quod predictum claustrum in posterum inquietare valeat per adinventiones et malitias malorum hominum quia talia temporibus nostris experti sumus adiungimus quod si aliquis hominum post mortem nostram avaritia ductus vel malorum suggestionibus instructus aliquam ex predictis hereditatibus inpugnaverit dicens ac affirmans sibi a nostra gratia datam seu collatam vel nostra littera confirmatam noscant presentes et futuri ~~huiusmodi~~ huiusmodi instrumenta esse vana et frivola ac iniusto titulo acquisita et furtive optenta. Preterea hanc primam nostram donationem predictarum hereditatum omnipotenti Deo et beate semper virgini Marie sanctoque Nicolao ob remedium anime nostre ac omnium parentum nostrorum per presentia ratificamus et ratam confirmamus. Et ne hec nostra sollempnis donatio per aliquem in posterum molestetur presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius autem ~~roboratio~~ ordinationis nostre testes sunt nobiles viri qui tunc temporis ibi presentes fuerunt comes Waysil palatinus Gnesensis Andreas castellanus ibidem Unislaus subcamerarius ibidem comes Pribislaus palatinus in Svez Paulus castellanus ibidem Saborius castellanus in Puck et ceteri quam plures fidedigni. Datum in Gdanzc anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo in die beati Germani presbiteri.

Clodawa Kłodawa, z niem. Kladau. Mala villa, Złotwieś, z niem. Rosendorf. Succino Magnum Sukczyn. Sacrsevo, Zakrzewo. Laguszov, Łagaszewo.

1280
Przem. II wieś
Giècz.
Racz. Wsp. W.
I. 9.

Raczyński Wspom.

In nomine domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus cum etatis nostre negotia literarum seu testium munimine roboramus; nos igitur Premisl secundus dei gracia dux Polonie notum facimus universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod intuentes fidelia grataque obsequia dilecti ac specialis Capellani ac protonotarii nostri domini Thilonis, que nobis multiplicata impendit et in futurum dante domino impendere est paratus et precipue in obtinenda nobis dilecta coniuge nostra domina Richiza, ubi in transeundo maria et flumina, nec non et alia viarum discrimina non immerito corporis potius et rerum pericula formidare, propter hec et alia fideliter et constanter impensa damus, tradimus et conferimus sibi et omnibus successoribus suis villam ac hereditatem nostram Gdecz vulgariter nuncupatam cum omni iure et dominio, quo ipsam possedimus et lacu ibidem integraliter existente iure hereditario in perpetuum possident, donantes sibi liberabitrium (sic) dictam hereditatem vendendi, donandi, commutandi, seu aliquolibet modo alienandi, cui et quando et quotiescunque sibi videbis expedire. Et absolventes ipsam et omnes ibidem inha-

bitantes ab omni exactione polonica perpetuo, videlicet a naraz, a powoz, a przewod, a stroza, a podworzowe, a bove, a vacca, ab pole et castri citacione, ita quod si quis incolas dicte ville citare voluerit ipsos et ad nostram presenciam littera nostra sigillo aut annulo evocabit, etsi homicidium inter ipsos fuerit perpetratum nullus, sed dominus Thilo et sui heredes causam homicidii judicabunt, fructus iudicii integraliter percipiendo, preterea si quas speciales exacciones in terra nostra posuerimus et ipsas perceperimus ad eas solvendas dicta villa minime tenebitur, sed prefatus dominus Thilo ipsas percipiat pro sua voluntate. Damus insuper sibi in dicta villa jus theutonicum ut eam locet quando sibi placuerit jure theutonico secundum quod omnes ville theutonicales in dominio nostro sunt locate, hoc excepto quod causis que capitis amputationem aut alicuius membri mutilationem exigunt noster interesse non debebit procurator aut lanthwoyt, sed dominus Thilo ipsas cum suo judicans scultheto judicata obtinebit. Et ne super his in posterum dubitetur presens conscribi jussimus et sigilli nostri munimine fecimus communiri presens, his testibus comitibus Alberto dicto Hreonowicz Castellano de Chamsin, Nicolao subdapifero Calissiensi, Grabia subthesaurario nostris. Datum in Pyzdr in crastino nativitatis gloriose virginis anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo, per manus Tarco

/nis notarii curie nostre.-

[Perlbach]
Kolonia - Lgd.

6

27

-96-

1280. October 18. Kalisch.

Premizl dux Polon. 1280 Oct. 18, in Kalisi;

In nomine domini amen. Quoniam quidem velocitate dierum nostrorum transituri sumus quemadmodum fugere solet umbra vel evanescere fumus, igitur nos secundus Premizl dei gracia dux Polonie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus quod pro dilectione domini nostri Jhesu Christi liberatoris animarum nostrarum et pro veneracione gloriose genitricis eiusdem perpetue virginis Marie et omnium sanctorum innovamus dilectis in Christo fratribus in domo Lendensi domino famulantibus privilegium gloriosi proavi nostri domini ducis Polonie Mezeconis confirmantes prefatis fratribus has hereditates subscriptas cum hominibus et omnibus utilitatibus, que in eis sunt ac in posterum provenire poterunt in nostra eos defensione suscipientes et successoribus nostris per omne tempus defendendos conmittimus solo divine remuneracionis intuitu. Iam vero subnotantur possessionum loca scilicet Kosczol, ubi confirmamus esse forum omni libertate plenum, Dolan, Morscho, Oloba et Gotschene. Istarum vero villarum homines tenentur singuli solvere in festo sancti Michahelis 4X manipulos siliginis, modium avene, mensuram tritici, tres urnas brazey, quinque capecia annone metere, tria plaustra feni totidemque lingnorum, duos truncos de pino per tres continuos dies cum tota familia segetes purgare, per unum diem singuli triturare, tres ~~z~~ Kithas lini dare. Confirmamus et has subnotatas hereditates cum hominibus et omnibus utilitatibus, que in eis sunt et post future esse poterunt, Szechovo cum cocis, Irgovo cum sanctuariis et stabulariis, Grabonowiz cum canenariis(!) Stausco cum piscatoribus, Wiranovo, Quascovo, Choren, Staralancha, Svinarevo. Homines vero predictarum villarum tenentur retse trahere infra Siraz et Vladislav per totam Poloniam, cum necessitas fratrum exegerit, tam equestres quam pedestres mandata ipsorum dirigere. ~~Indulsimus~~ Confirmamus preterea, ut piscatores et venatores fratrum iam dictorum piscatores venatoresque nostros

28

ac posterorum nostrorum ubique piscando ac venando libere sequantur. Confirmamus eciam ad lumina conquirenda prefathe domui tria fora cum tabernis: Chlev, Thur, Sobotka; ~~volumus~~ [confirmamus] eciam tabernarios harum villarum nusquam citari nisi coram abbate. Quia vero donum deo collatum legibus principum subiacere non debet, absolvimus omnes homines in premissis villis co[n]morantes a povoz, ab omni prevod, a stroza, a dan, [a] naraz, podvorove, targove, mostne, a castrorum edificio seu poncium quorumlibet, a recepcione ~~venatorum qualicumcunque~~ (vel custodia aut conductu castorariorum) [(a recepcione venatorum qualicumque)], a custodia et solucione herodiorum, quod socol dicitur, a vicinia, quod opole vulgariter ~~nuncu~~ nominatur, ab omni exactione sive collectione, a vecturis et expedicionibus et ab omnibus iuribus in Polonia constitutis quibuscumque censeantur nominibus. Nulli ergo castellanorum aut iudicum citandi seu iudicandi in prefatis hominibus vel villis eorum ius aliquod reservantes, set cum gravis causa emerserit, que coram abbate vel eius iudice convenienter diffiniri non poterit ad presenciam nostram cum annulo nostro citari debent, remittentes abbati quicquit iure iudicii cesserit, et nusquam incarcerari nisi in stabulo abbatis. Ut autem hec nostra confirmacio ad honorem dei sancteque genitricis eiusdem semper virginis Marie robur perpetue firmitatis obtineat presentem cedulam sigilli nostri munimine duximus roboranda (!). Acta sunt hec in Kalis in die sancti Luce ewangeliste anno domini M. CC. LXXX presentibus hiis testibus videlicet domino Andrea archidiacono et cancellario Kalisiensi, comite Zegotha venatore Kalisiensi, comite Petrkone pincerna Poznaniensi, comite Nasanone conarski Kalisiensi, comite Thalisio procuratore Kalisiensi et data per manus Thilonis notharii curie nostre.

Stadtarchiv Köln, Lad. 3. Original Pergament 48,5 Ctm. breit, 36 Ctm. hoch. A. d. Rücken: Renovatio privilegii ducis Mesiconis und privilegium super (die Tinte ausgewischt), que olim vocabatur (desgl.). Das Siegel an rother Seide zeigt den gepanzerten Fürsten mit Wimpelspeer, den Schild mit springendem Löwen in der Linken, zu beiden Seiten blattende(?) Bäumchen. Die Umschrift lautet: Sigillum Premislonis dei gracia ducis Polonie.

28. -97-

~~Alexander als. Wytoudus Magnus dux Litwanie etc. 1422 Mai. 18, in Welunna~~

Cod. Brandenb. Abt. 1 Bd. 13 str. 222

Otto et Conradus Brandenburg. marchion. 1281 Oct. 9, Nyendorpe; potwierdzają darowiznę zmarłego brata swego uczynioną klasztorowi Cystersów w Chorin, po czem dodaje: preterea nos Conradus prememorata (sic) Dei gracia Brandenburgensis marchio conpunctus e (sic) transitu dilecte nostre coniugis domine Constantie Brandenburgensis marchionisse dicte de Polonya felicis memorie in recordationem sui testamenti perpetui decem mansos in prehabita villa Hertsprunge ad predictos sex eidem cenobio Chorynensi donavimus eodem proprietatis tytulo perhenniter possidendos. . .

Perg. oryg. u którego na niciach jedw. jedwabn. wiszą pieczęcie margrafów Ottona i Conrada.

Berlin. Königl. Geh. Staatsarch. Klost. Chorin.

[Ulanowski: Dokumenty kujawskie i mazowieckie] 29

Premizl dux Polonie 1282 Aug. 15, in Lukna;

str. 358 nr 9. -98-

Pergam. or., własność ks. ~~Edw. Grabowskiego~~ Zygm. Czarneckiego w Rusku. Na sznurkach jedwabn. czerwon. wisi pieczęć ks. Przemysława (pieczęć XV Kodeksu Wielkopolsk.)

In nomine domini amen. Humani generis actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum noticia dilabuntur que scripturarum seu testium munimine non renovantur. Igitur nos secundus Premizl Dei gracia dux Polonie notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam intu-entibus quod ob reverenciam Dei et beate Marie vir-ginis et pro salute nostra nostrorumque progeni-torum et eciam piis ac condignis peticionibus patris reverendi domini Petri abbatis de Lukna tociusque conventus fratrum ibidem Deo serviencium super he-reditate domus supradicte que Relitsco wlgariter nun-cupatur cum sortibus adiacentibus Durow Copiscino et Zlozini damus liberum arbitrium locandi ius Theuto-nicum eo iure quo omnes civitates et ville per dis-trictum nostri dominii libere possidentur. Dantes ibidem auctoritatem plenariam iudicandi omnes cau-sas parvas et magnas utpote mutilaciones exusti-ciones homicidia furta effusionem sanguinis et alias omnes que ibi possunt processu temporis exo-riri earundem causarum fructus integraliter per-cipiendo ita ut nemo nostrorum iudicum ad ipsam hereditatem in perpetuum respectum aliquem valeat optinere. Ut autem nostra donacio simulque con-firmacio perpetuo inviolabilis perseveret presentem

30

paginam nostri sigilli munimine duximus confir-
mandam presentibus hiis testibus comite Boguslao
castellano de Usce comite Iacobo castellano de Rogoz-
na comite Borislao castellano de Zun comite Troy-
ano. Datum in Luckna anno gratie Domini M°
CC° LXXXII. XVIII Kalendas Septembris per manus
Thilonis notharii curie nostre.

ŁR. Perlb. Pommerel. Urkund. r. 1283 – nr. 367, str. 332

Zapisy Piotrkowskie 28 f. 1072.

-99-

1283. Actum Petricoviae in Iudiciis Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni feria quarta ante festum Purificationis Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto. (1624)

druk

Privilegium super decimas datas Cruciferis.

Voigt I str. 178 uwaga o transz. ze wzmianką III str. 390 Geschichte Preussens Königsberg 1828

Iudicium praesens Ordinarium Generale Tribunalis Regni Petricoviensis Privilegium infrascriptum in pargameno cum appensis novem sigillis exhibitum actis hisce inseri demandavit. Cuius tenor est talis: Albertus Dei gratia Vladislaviensis Episcopus totumque eiusdem Ecclesiae Capitulum universis praesentis literae inspectoribus tam praesentibus quam futuris subscriptam rei gestae veritatem cognoscere et salutem. Quae quanta et qualia virtutum religionis ac devotionis beneficia per Magistrum et fratres hospitalis Sanctae Mariae Theutones Ierosolimitanos in Pruscia Ecclesiae Christi in suis membris et maxime in plantanda extensione Christianae fidei et eiusdem plantatae defensione continue impenduntur tam eorum sanguis (sagues) qui tenetis de Dozra id est praesentis tribulationis vestibus signa suae militiae proprio sanguine pro Christi nomine rubricantes ad Dominum emigrarunt, quam eorum vita qui in negocio fidei adhuc fruentes spiritu sub continua expectatione (sic) Martyrij pro aeterno gaudio gladios et tormenta infidelium cottedie subire non metuunt per cottidianam facti evidentiam satis perlucide manifestant. sed et nos ac universi Poloniae et Pruscia (sic) inhabitatores Christicolae per defensiones et tuitiones cottidianas contra insultus infidelium iam dudum satis didicimus per effectum. Ut igitur ipsorum meritis et tantorum beneficiorum efficiamur participes apud Deum et cum vidua aliquid in gazophilacium Domini immittamus, et ut nihilominus voluntati et petitioni Illustris Principis Domini nostri Mestwini Ducis Pomeraniae que seriosius et sollicite specialiter nobis institit pro hoc facto satisfiat; considerata quoque futura Ecclesiae nostrae utilitate

utilitate ex defensione possessionum et hominum nostrorum in districtu
et dominio eorundem fratrum et alibi consistentium profuturam,
praedictis Magistro fratribus et ordini hospitalis Sanctae Ma-
2/ — riae Theutonici in Prussia; decimas omnium possessionum et
terrarum quas dictus dominus Mestwinus Dux Pomeraniae ex
causa compositionis seu transactionis super dissensione quadam
diutina inter ipsos habita eisdem fratribus contulit, proprie-
4. — tatis possessionis ac dominij pleno iure in omnibus quae
in eisdem tam in terris quam in aquis decimari consueve-
runt in praesenti vel de quibus decima percipi poterit debue-
rit aut consueverit in futurum Ad Ecclesiam nostram pleno
iure hactenus pertinentes, cum omni iure et libertate quo
Ecclesia nostra percepit et possedit percipere et possidere debuit
et consuevit in perpetuam elemosynam (sic) damus dedimus
et dedisse nos recognoscimus per praesentes Renunciantes ex-
nunc omni iuri et a nobis Episcopo Capitulo et nostris suc-
cessoribus abdicantes omne ius possessionis vel quasi proprieta-
tis et dominij vel quasi quod in praedictis decimis habuimus
habere debuimus vel consuevimus usque modo iuribus dyocesa-
libus Ecclesiae nostrae alias competentibus integraliter reserva-
tis. Ea omnia cedentes praedictis fratribus et ordini et in
eosdem de communi consensu et voluntate liberaliter transfe-
rendo. Renunciantes nihilominus omni actioni et exceptioni
— doli etc, et cuilibet alij beneficio restitutionis in integrum
omnibus indulgentijs privilegijs seu libertatibus ab auctori-
tate Sedis Apostolicae impetratis vel impetrandis aut quae
nobis ab eadem sede gratuite donationis beneficio donarentur
consuetudini ac Statuto et omnis iuris Canonici ~~et~~ ac Civilis
auxilio nec non omnibus defensionibus et exceptionibus quae
contra praesentem donationem seu praesens instrumentum vel
— saltem possent de facto vel de iure etiam verisimiliter obji-
ci vel opponi. Et ne pietatis instinctu factum tam feliciter
consummatum

consummatum alicuius erroris vel ignorantiae praetextu in poste-
rum quaestionis materiam administret, dictarum decimarum termi-
nos sive granicies distinguimus in hunc modum. Primus ter-
minus est à Verissa ubi Vyztam (sic) influit Wyztam (sic) inferius
descendendo usque Slantzam et ab eo loco Slantzam ascendendo
usque ad finem stagni, et ab eo loco usque ad locum Castri
Ganzek, et ab illo loco directe usque ad villam Raykowe et ab
illa villa directe usque ad praefatam Verissam, et ab illa directe
ascendendo usque ad locum Castri dicti Staregarde et a ponte
ibidem transeunte Verissam et publicam stratam quae tendit
versus Suece usque ad metam sive graniciam Tymowe et ab
illo loco usque Wangromadicze (tre?) et eandem aquam et terram
inferius descendendo usque Verissam ubi Vyztam (sic) influit in
primo termino supradicto. Cum quibus terminis et granicijs re-
nunciamus iuri Decimarum si quod habemus in aquis Ole-
schitza et Barschitza et in duobus miliaribus super Nerya
à granicia fratrum dictorum versus Gdanzek easdem in dictos
fratres et ordinem modis praemissis et iuribus transferentes.
In quorum testimonium et robur firmitatis perpetuum praesen-
tem literam Sigillis nostris videlicet Episcopi et Capituli
Wladislauiensis Ecclesiae una cum sigillo Domini nostri Mest-
uini Ducis Pomeraniae supradictis fratribus et ordini
dedimus roboratam. Horum omnium testes sunt Dominus Mestwi-
nus Dux Pomeraniae praedictus. Domini Liphardus Dechanus.
Dobigneus Archidiaconus. Henricus Custos Wladislauienses.
Johannes Praepositus Albertus Dechanus Jacobus Crusvicien-
ses Canonici Ecclesiae utriusque. Religiosi viri frater Her-
manus Abbas et frater Henricus de Oliva Cysterciensis Or-
dinis Luderus Cancellarius Domini Mestwini Ducis Pomeraniae,
Theodoricus et Domislaus Capellani eiusdem Ducis Wayzilo
Pallatinus Gdanensis Paulus Capellanus Suecensis, Andreas
Castellanus Gdanensis Vrezlaus Subcamerarius milites et
alii

et alij quam plures clerici et laici fide digni. Nos praedicti Lipharдus Decanus Dobigneus Archidiaconus Henricus Custos Vladislavienses, Johannes praepositus Albertus Dechanus et Jacobus Cruswicienses Canonici utriusque Ecclesiae ex parte Episcopi et Capituli Vladislaviensis ad hoc missi et deputati nomine et authoritate nostra et praedictorum Episcopi et Capituli nec non et singulorum de Capitulo confitemur, recognoscimus et publice in perpetuum protestamur praedictam donationem per nos in loco tempore et die infrascriptis et coram testibus superius expressis publice et solenniter esse factam; et eidem subscribimus Sigilla nostra singuli in testimonium apponentes. Actum et datum in Suece Anno Domini Millesimo Ducentesimo octogesimo tertio. Quinto Calendas Augusti.

---

1. } Zdaie mi się że wielkie czytać można Theutones i Theutonum
2. } zamiast, jak wyraźnie Theutonicorum zostawia że
pod drugim numerem poprawka wpisania Theutonicis
ostać się niemoże dla złey konstrukcyi —

JM.

[Perlbach]

7

30.

Kölner Cop. 20^b^ n. 38.

-101-

Premisl secund. dux Polon. 1283 Dec. 11, in Dlusco;

recte 1293

1283. December 11. Dlusco.

Herzog Przemyslaw II von Polen verleiht dem Ritter Gerward für sein Dorf Kotschut deutsches Recht.

Privilegium quod Casschut pertineat ad castellaniam Lendensem.

In nomine domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus cum etatis nostre negocia litterarum ac testium munimine roboramus. Nos igitur Premisl secundus dei gratia dux Polonie notum facimus universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod utilitati nostrorum militum in dominio nostro commorantium salubriter intendentes[a], intuentes fidelia grataque obsequia Gerardi militis nostri damus, tradimus et conferimus sibi suisque successoribus ius Theutunicum in villa ipsius Cosschut wlgariter nuncupata absolventes eam a powoz, ab omni prewod, a strosa, a dan, a porco, quod naras dicitur, a podworowe, a targoue, mostne, a castrorum edificio seu poncium quorumlibet, a receptione vel custodia aut conductu castorariorum, a receptione venatorum et subvenatorum, quod stan vocatur, a custodia et solucione erodiorum, quod socol dicitur, a vacca et bove, quod opole wlgariter nominatur, a melle et veueritz nec non ab omni exaccione sive collectione, a vecturis et expedicionibus et ab omnibus iuribus in Polonia constitutis, quibuscunque censeantur nominibus. Iudiciorum nichilominus omnium, ut est de contencione, percussione, menbrorum mutilacione sive eciam capitis perplexione dicto militi per suum iudicem exequenda tribuimus liberam facultatem. Nulli ergo castellanorum ius aliquod reservantes citandi sive iudicandi incole predicte hereditatis ipsius demeritis coram iudicio stabunt sui domini responsuri. Constituimus eciam propter unionis commodum, ut sepefata hereditas integraliter cum omnibus suis limitibus ad castellaniam Lendensem pertineat, salvis universis eius iuribus superius exaratis. Et ne super hiis in posterum dubitetur presentes conscribi iussimus et sigilli nostri munimine fecimus

a) i. 2mal K.

31.

communiri, presentibus hiis testibus comitibus Petrcone castellano Poznaniensi, Dirsicraio iudice Kalisiensi, domino Philippo archidiacono Gneznensi et domino Gerardo abbate de Landa et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in Dlusco anno gratie domini M° CC° LXXXIII° in die beati Damasi pape et confessoris Christi.

cop. et coll.
10. XII. 82 P.

Premisl dux Polon. 1286 Apr. 23, in Gnezna; - 102

Poznań. Bibl. Raczyńsk. (Manuskr. II, H. C. 3, fol. 192.) (Annalia coenobii Byszoviensis, conscripta a. 1800.)

In nomine Domini amen. Quoniam facta mortalium oblivi-
one vel morte intercepta sicut experiencia docuit solent
annullari si testimonio vivacis litere et voce testium non fue-
rint diligencius corroborata hinc est quod nos Premisl Dei gracia
dux Polonie vestigiis progenitorum nostrorum qui cultum
divini servicii amplificare sollicite curaverunt devota mente
cupientes inherere tenore huius pagine presentibus et futu-
ris volumus esse notum quod in remedium anime nostre
dictorumque progenitorum nostrorum et successorum contulimus
domino abbati de Byszovia et eius fratribus ibidem Cister-
ciensis Ordinis ad honorem Dei et semper gloriose virginis
Marie divino ibidem servicio vacantibus plenam et perfectam
libertatem in hereditatibus eorum in territorio Naklensi
sitarum quorum nomina sunt Wirzchucino cum sortibus
sive bonis sibi attinentibus videlicet Ribino et Popelewo Ko-
morsa et Lucime cum quinque lacubus (quorum tres vocantur Krzywo
Paszczno Stoczno et fluvium cum castoribus per lacus
transeuntem dictum Plutwica. Et quoniam dictas heredita-
tes prefati abbas et conventus de Byszovia liberas ab antiquo
legittime ~~ab~~ (et) pacifice possederunt nos eorum ampliori pa-
ci et quieti intendentes ut sollicicius Deum pro nobis inter-
pellent ipsas supradictas hereditates in nostro dominio sitas
cum toto circuitu et districtu suo cum omni iure ducatus
nostri eis perpetuo damus et confirmamus cum omnibus

32

pertinenciis et utilitatibus suis videlicet terris cultis et incultis stagnis rivis pratis pascuis silvis et paludibus lacubus rubetis et nemoribus mellificiis et piscationibus castoribus et venacionibus molendinis macellis et thabernis in omnibus et singulis secundum fructum quem excogitare poterunt domui sue meliorem. Concedimus eciam ipsis fratribus ut hereditates prenominatas locent iure Teutonico quod Novoforense dicitur vel alio quocunque secundum modum et formam domui sue magis congruentem. Eximimus nichilominus et liberos facimus eosdem fratres de Byssovia nec non incolas predictarum villarum ab omnibus serviciis Polonicalibus et ab omnibus exaccionibus solucionibus angariis et preangariis sive illud sit prewod powos wimot rathawa vesnica narasz mostne poradlne povodowe podvorowe stroza vel stan bos vacca ovis quocunque nomine censeantur et ab omni iurisdicione palatinorum castellanorum iudicum nostrorum vel quarumcunque dignitatum. ita ut nec ab ipsis citari nec coram eis comparere debeant aut respondere a pontibus vel castris reparandis seu edificandis liberi sint semper et exempti ad expediciones (quoque) venire non tenebuntur. Ad maiorem eciam affectum nostrum circa ipsos comprobandum ipsis large ac benivole perpetuo donantes volumus ut in omni causa iudiciaria capitis manus mutilacionis membrorum quacunque sanguinis effusione vel quacunque emergente causa maiore seu minore in furto vel aliis quibuscunque in advenam et incolam in omnibus locis nullus preter abbatem vel eius vicarium aliquam habeat seu exercere audeat iudicandi potestatem. Volumus insuper ut incole predictarum villarum quocunque eundo vel redeundo per terram nostram emendo vendendo advene quoque qui ad predictas (villas) locacionis (causa) transeunt ab omni solucione thelonei vel pedagii liberi sint penitus et absoluti hoc addentes quod nulla vicina vel longinqua facta vel facienda locatio prefatis villis in aliquibus totaliter hoc est molendinis thabernis et omnibus premissis utilitatibus preiudiciam facere debeat aut gravamen. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam presentem paginam ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum et datum in Gnezna anno Domini m.cc.lxxxvi in die sancti Adalberti episcopi et martyris presentibus hiis testibus comite Nicolao palatino Gneznensi comite Sbiluthko de (Kozelz) castellano de Nakel, comite Thalone castellano de Sharnkow comite Boguslao castellano de Usce comite Mroskone filio Prestai comite Gnevomiro filio Dirsicii et aliis quam pluribus fide dignis.

———

In Nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Magnifica principum celsitudine, digna retributionis praemia merentur obtinere, quos fidei puritas ex obsequiis reddit gratos et acceptos. Ubi enim per operis evidentiam fidele patet obsequium, ibi remunerationis dignissimae praemium fit (sit) paratum. Proinde noverint universi praesentes et futuri, quod Nos Lesco dei gratia Dux Cracoviensis, Sandomiriensis et Syraziensis, qui ex dignitate principatus, singulorum merita diligenti consideratione debemus intueri, volentes cuilibet pro meriti qualitate impendere gratiae quantitatem, in retributionem obsequiorum Nobis et Terris Nostris multipliciter per Withconem Supparium nostrum praestitorum, Ipsi ac ipsius posteris Civitatem nostram Sandomiriensem damus et titulo perpetuae donationis tradimus, sub Iure Theutonico et libertate Maydeburgensis locationis, locandi et convocandi ad eandem homines quarumlibet nationum et undecumque, liberae tamen conditionis, liberam et omnimodam facultatem: concedentes omnibus, qui ibidem locati fuerint, super cultis seu agris extirpatis, octo annorum libertatem plenariam a census datione et ab omnibus tam ordinariis quam extraordinariis juribus et solutionibus, qualicunque vocabulo censeantur. Ad locandam siquidem praehabitam Civitatem addimus eidem Withconi Ducentos laneos Franconicos Civibus pro agricultura exercenda et habenda; de quibus laneis omnibus, sextum mansum liberum, sextam curiam liberam, sextumque ortum liberum a solutione census et exactione, praedictus Withco cum suis posteris, ratione locationis et advocatiae, quam in ipsa Civitate quam locaverit, jure haereditario tenebit in perpetuum, pacifice et quiete possidebit. De mansis quidem cultis evoluta libertate supradicta octo annorum, nobis cultores agrorum per octo scotos argenti examinati solvent de quolibet manso. De novalibus vero et incultis, sedecem annis libertatem a census solutione et exactione qualibet retinebunt; et quantumcunque Nobis exspirata cedet libertate de quinque mansis, tantundem Advocatus Withco cum suis posteris de sexto manso, sexta curia et sexto orto semper percipiet solutionis. Addimus insuper Civitati nostrae Sandomiriensi supradictae Viginti Laneos ejusdem mensurae Franconicae, pro pascuis animalibus faciendis, de quibus nulla solutio durante libertate et post libertatem cedet nobis. Praeterea etiam praedicto Advocato Withconi cum suis posteris de gratia nostra speciali superaddimus octo mansos, liberos penitus a census solutione et exactione exemptos. De judiciis vero singularibus, annuatim nobis duo denarii et Advocato tertius semper cedet. Ad magnum judicium quod fit ter in anno, a latere nostro destinabimus militem sive civem quemcunque nobis fidelem, qui simul cum Advocato disjudicans causas eisdem praesidebit. Item addimus, promittentes Civibus nostris supradictis et advocato, quod nullum provincialem Advocatum super ipsos unquam statuemus, nisi ad magnum judicium ut diximus superius, nec pluries nisi ter in anno, de quo etiam nobis, sicut superius est expressum, duo denarii, et Advocato cum suis posteris, tertius semper pertinebit. Damus etiam et concedimus praedictae civitati Sandomiriensi, de fluvio Virta superius et infra unius longitudinem miliaris, ubi advocatus tantum pro se et suis legitimis successoribus, et non alter, cum quotcunque rotis volet, quatuor habeat construere molendina et non plura, quae jure haereditario pacifice et quiete simul cum mansis octo de gratia nostra additis, absque census solutione et exactione possidebit in perpetuum. Promittimus etiam et concedimus saepe dicto Advocato, ut nullus in suum praejudicium aliquod audeat construere molendinum in fluvio nominato, donec ipse quatuor loca sibi in eodem fluvio quatuor molendinorum, pro sua elegerit ac reservaverit voluntate. Praeterea si quis alter pro se volet construere et comparare molendina, non aliter audeat, nisi primo a Nobis, aut a nostris succedaneis locum emat, vel obtineat Molendinum. Piscandique, in praedicto fluvio Virta Civitati praehabitae jam assignato, Advocatus cum civibus ejusdem civitatis, pisces qualescunque, et quocunque artificio voluerit, liberam habeat voluntatem. Volumus etiam, quod, non obstante alicujus prohibitione aut contradictione, in eadem parte Virtae quam Civitati addidimus, Sandomiriensi, saepedictae, Fratres praedicatores de domo Sandomiriensi, pisces capiant libere qualescunque et quocunque artificio voluerint, tantum pro Fratribus suae domus, et non ad vendendum, nec aliter, nisi Fratres dictae domus Sandomiriensis vel specialis de eadem domo piscator, pisces habeat pro fratribus capiendi potestatem. Molendinum etiam eorundem fratrum Praedicatorum super naves, quod habent ab antiquo, volumus de loco suo non amoveri, nec aliquot a modo liceat eis construere, praeter hoc quod habent molendinum. Sylvas etiam ubicumque locorum nostrae

ditionis

ditioni pertinentes, pro utilitate Civitatis praehabitae damus et concedimus omnibus universaliter incidendi, [redacted] et pontem per fluvium Viztam parandi, liberam et omnimodam potestatem; ita tamen, quod si praedictus pons corruerit a casu, vel a vetustate, seu a glacie suppressus, volumus tunc, quod cives praedictae Civitatis navigium statuant, non autem ejusdem navigii lucrum percipiat quisquam, praeter cives dictae urbis, donec pons supradictus steterit ex integro reparatus. Damus insuper et concedimus praedicto Vithconi Advocato et suis legitimis successoribus, in districtu suae civitatis praehabitae, et in districtu laneorum civitati adjacentium et additorum, capiendi ubicumque locorum et venandi omne genus ferrarum, quocunque artificio voluerit et maluerit liberam et omnimodam potestatem. Et ut civitas praehabita Sandomiriensis tanto facilius, tantoque citius corrigatur, volumus quod nulla taberna, praeter tres, unam Episcopi et duas Ecclesiae S. Mariae, quae nunc sunt et fuerunt ab antiquo locatae, ad unius spatium miliaris, per aliquem locetur vel habeatur. - Item concedimus civibus praehabitae civitatis et omnibus aliis in districtu ejusdem, in dominiis nostris videlicet Cracoviensi Sandomiriensi et Syraziensi, infra spatium libertatis supradictae Sedecim annorum, transeundi cum mercibus qualibuscunque et ubicumque locorum, absque omni genere solutionis Thelonei, et quocunque vocabulo censeantur, liberam facultatem. Expirata deinde libertate praehabita, iidem cives nostri, et omnes alii civitati adjacentes per districtum, quocumque in negotiis suis transitum fecerint, seu de foro ad forum, seu mercimonia quaelibet exercendo, ab omni solutione Thelonei cujuscunque et quocunque nomine censeatur, in perpetuum sint liberi et immunes. Volumus itaque ab omnibus observari inviolabiliter et inconcusse, quod post libertatem Sedecem annorum supradictam, Thelonearii, in confinibus et metis terrarum Nostrarum jam dictarum, constituti, a modo non plus quam dimidietatem Thelonei a nostris civibus jam dictis, in districtu Civitatis manentibus, ita si extra Gades seu metas transierint, pro mercibus accipere habent et extorquere. Et ut civitas nostra Sandomiriensis saepedicta, in temporalibus de die in diem augeatur et excrescat, statuimus, quod hospites undecunque cum mercimoniis qualibuscunque ipsam intraverint, eadem mercimonia in ipsa civitate deponant, non alias educere audeant vel praesumant, donec sua mercimonia supradicta hospitibus de diversis partibus aut regionibus advenientibus, seu nostris civibus ex integro revendant. Statuimus etiam et volumus, quod moneta communis denariorum in praedicta civitate habeatur, et per totum dominium Sandomiriense a vendentibus et ementibus res qualescumque, irrecusabiliter accipiatur; nec aliqua, in praejudicium Civitati jam expressae vergentia, ab aliis civitatibus vel quibuscunque aliis inferri permittemus. Cum autem civitas nostra praenominata ex integro in opere suo steterit constructa et completa, volumus tunc, quod Camerae panorum et instituorum (institorum) in eadem immediate construantur, de quibus Nobis et nostris Successoribus quinque partes cedent solutionis, [redacted] sexta vero ad Advocatum haereditarium cum suis legitimis successoribus pertinebit. De aliis omnibus quae sequuntur, utpote de cameris aut macellis carnificum, de Bancris pistorum et calcipariorum [redacted], atque cameris examinatorum argenti, et de domibus mactatoriis quae Cuttere nuncupantur, et de balneis, his omnibus per ipsum advocatum haereditarium constructis et comparatis, non alteri quam ipsi advocato Withconi et suis posteris [redacted] tanquam domino suo speciali deservient, vel possunt in futurum provenire, persolventur. Promittimus insuper civibus nostris supradictis, in ipsorum Civitate, parochiam ut construant, specialem * ab Episcopo obtinere. Item damus et concedimus praedicto Advocato Withconi et suis posteris, in omnibus rivulis et fluviis agrorum civitati per nos addictis, ubicunque locorum fuerint, sive prope vel remote, construendi molendina, et piscinas liberas ab omni solutione, jure haereditario in perpetuum possidendas et habendas. Causas quoque leves et arduas Advocatus cum suis posteris judicare habeat, reos criminis et maleficos, qui in Civitate aut extra civitatem in territorio ipsius † reperti fuerint, vel per quemcunque deprehensi, pro qualitate noxietatis et culpae, debita poena puniendo. Item damus et concedimus Civibus nostris supradictis in Civitate sua judicium pugnae aut duelli, occurrente necessitate vel dum opus fuerit, exercere liceat libere, nihil horum propter nostram absentiam differentes. Item volumus, quod cives nostri civitatis habitae (praehabitae) Sandomiriensis non graventur; ut in judicio provinciali non plus quam triginta solidos solvat condemnatus; in judicio hebdomadali quatuor solidos solvat de jure consueto. Cum autem causa ad magis quam triginta solidos se extendat, tunc condigna solutio, sicut jus expostulat causarum, illam sequatur. Item

volumus

volum
Russ
Advoca
plumb
quam
occupa
pando.
et cuju
prout
in fes
Volume
vocatus
nes, qu
dictas
latino
simul
et alii
non ali
rit in p
stro Inc
tionem
vit [redacted]
a nostr
et firm
praedi
Anno
Castello
Domine
lanus

volumus, quod omnibus transire volentibus Ungariam, Russiam, et e converso de Ungaria vel
Russia, per Sandomiriam civitatem transitus communis habeatur. Item addimus, promittentes
Advocato haereditario et suis posteris, quod si aliquod lucrum Metalli, utpote auri, argenti, cupri,
plumbi et stanni, in districtu civitatis Sandomiriensis inventum fuerit vel repertum, non alter
quam ipse Advocatus cum suis legitimis Successoribus idem lucrum, quodcumque fuerit, jure montano
occupabit, sextum scilicet denarium ex dicto lucro haereditarie in perpetuum, libere et suis posteris usur=
pando. Promittimus etiam omnia uniaria structuras in fluvio Vizla per quemcumque factas,
et cujuscunque fuerint, pro opere Civitatis Sandomiriensis supradictas, et aliis temporibus necessitatis
prout juris est, aperire. Statuimus insuper in praedicta civitate Sandomiriensi Forum annuale
in festo assumptionis Beatae Mariae, quatuordecim continuae diebus celebrari semper et teneri.
Volumus itaque ut pro tali donatione haereditaria et libertatis receptione, simul et pro advocatia, Ad=
vocatus haereditarius cum quatuor Balistariis, nobis et nostris successoribus mittendo ad expeditio=
nes, quibus personaliter affuerimus vel noster Successor, teneatur cum suis posteris deservire. Ad prae=
dictas quoque locationes tam civitatis quam agrorum eidem adjacentium, qui fuerint vocati, a Pa=
latino et Castellano Sandomiriensibus et omni potestate ipsorum judiciaria, propter jus Theutonicum,
simul cum Advocato, sint penitus absoluti: non alibi unquam citabuntur Advocatus cum civibus suis,
et alii jure Theutonico fruentes, nisi ad Nostrum judicium, si opus fuerit, per litteram sub sigillo nostro,
non aliter quam jure Theutonico in omnibus causis judicandi. Verum tamen, si aliquod privilegium emerse=
rit in posterum, et per aliquem ostensum fuerit, congruens forsan super praedicta civitate a patruo No=
stro Inclyto Duce quondam Cracoviensi et Sandomiriensi Boleslao, vel ab antecessore [illegible] ipsius, dona=
tionem factam vel emptionem, propter neglectionem tantam, quod a Tataris primis eamdem non cura=
vit [illegible] reformare desolatam, volumus quod hoc idem privilegium nullius sit vigoris, et
a nostrae potestatis Succedaneis, penitus frivolum reputetur. In quorum omnium stabilitatem
et firmissimam perhennitatem, ne possit nube tegi oblivionis, aut scrupulo calumniae aliquatenus
praepediri, praesentem paginam, nostri Sigilli munitione, fecimus roborari. Actum in Sandomiria
Anno Domini MCCXXXVI (MCCLXXXVI.) praesentibus his, quorum ista sunt nomina: Comes Sulco
Castellanus Cracoviensis, Comes Boxa Palatinus Sandomiriensis. Comes Petrus Palatinus Cracoviensis,
Dominus Procopius Cancellarius, per cujus manus hoc privilegium perrectum, Comes Nicolaus Castel=
lanus Sandomiriensis, et Dominus Siffridus Custos Ecclesiae Beatae Mariae in Sandomiria. —

Wypisałem ten przywilej z kopii, którą z Akt Sandomirskich wyczerpnąwszy, przesłał Jerze=
mu Samuelowi Bandtke, - pan Franciszek Maciejowski w lipcu r. 1828. - List przez tegoż
Maciejowskiego do Bandtkiego, przy przesłaniu owego przywileju z Sandomierza napisany, jest
treści następującej:
„. . . . . Przedewszystkiem starałem się o przywilej żądany. Niemasz go w Sandomierzu
„w oryginale, bo wzięty został do Warszawy; przesyłam zatém wypis z kopii wierzytel=
„nej. Jest on z roku 1236 nie zaś 1286, jak pan dobr. pisałeś. Prawda że o lata te kwestja
„zachodzi, ale przywilej Augusta II z roku 1697 w którym jest przytoczony przywilej o którym
„mowa, cytuje rok 1236. - przywilej ten co się tycze Sądów jest co do słowa wypisany w przywile=
„ju Kazimierza z roku 1451. Nie jest on tutaj wypisanym z oryginalnego przywileju Leszka
„Czarnego, ale z przywileju Kazimierza z r. 1336, który się jednak w Aktach miasta Sando=
„mierza nie znajduje. - . . . . Nadmieniam jeszcze że w Rapporcie o stanie
„miasta Sandomierza w r. 1777 Stanisławowi Augustowi przez Prezydenta miasta Sandomie=
„rza zdanym; jakoteż w Reskrypcie Stanisława Augusta z tegoż roku, w którym nakazał
„wydzierżawienie przez licytacją propinacji, jest zacytowany przywilej Leszka Czarnego pod
„datą 1286. - Sandomierz d. 23 Lipca 1828. Fr. Maciejowski." —

[illegible]

Że przywilej ten nie może być z roku 1236, nie ma najmniejszej wątpliwości, - Leszek Czarny bowiem wtenczas zapewne jeszcze nie żył, a książęciem Krakowskim został w r. 1280. dopiero. - Pomimo tego, nie można stąd wnosić, żeby cały ten przywilej był fałszywym. Omyłka ~~ta~~ niezawodnie nastąpiła w przepisaniu jego przez nieuważnego kopistę, który opuściwszy zapewne w liczbie roku liczbę L. napisał zamiast MCCLXXXVI – MCCXXXVI. –

Za autentycznością tego przywileju mówi:

1mo Podobieństwo stylu i łaciny do pism ówczesnych, - a szczególniej zaś do przywileju tegoż Leszka i w tymże samym roku (1286.) wydanego klasztorowi Tynieckiemu który się znajduje w Szczygielskim; tak dalece, iż okresy całe są prawie tożsame. jak np. W tym naszym przywileju Leszka jest: = zaś w Tynieckim jest także

Sandomirski:	Tyniecki
"Causas quoque leves et arduas advocatus "cum suis posteris judicare habeat; reos cri= "minis et maleficos qui in Civitate aut extra "civitatem reperti fuerint, vel per quemcunque "deprehensi, pro qualitate noxietatis et culpae "debita poena puniendo.	"Causas quoque, potestate sui judicii cives nec non "villani, leves et arduas judicabunt; reos criminis "et maleficos qui reperti fuerint, pro qualitate cu= "juslibet criminis culpae, debita puniendo."

2do Podpisy świadków zgodne są z historją i świadectwami innych Dyplomatów. - Kasztelan Sulko, był to Sulko de Meduecz (Międzyrzecz), o którym wzmianka pod r. 1287. u Nakielskiego. Miechow. pag. 209. w przywileju tegoż Leszka Czarnego; - podobnież jest tam wzmianka o Piotrze Wojewodzie Krakowskim, który atoli jak z niej widać w r. 1287. już nie żył. Że zaś żył jeszcze w roku 1286 to widać z Paprockiego. Herby ryc. pol. fol. 81. i w tymże roku musiał umrzeć. (Conf. Lelewel. Pocz. praw. Polsk. pag. 98. Nota 27.)

3o Świadectwo jest wyraźne Naruszewicza, który o tymże przywileju trzy razy wspomina; że Oryginał tego przywileju Leszka widział i czytał w ~~[illegible]~~ archiwum [illegible] Sandomierza miasta. (Vid. Narusz. T. VI. pag. Not. 130. Ed. Most.) - Mówi on w innem miejscu (T. V. pag 442) że przywilej ten jest między innemi przywilejami w MS. Królewskich, a w innem znów miejscu (V. 481.) cytuje nawet dwa ustępy z tego przywileju, zupełnie zgodne z textem tu pisanego przywileju. - Wszędzie atoli Naruszewicz cytuje datę jego r. 1286. i jemu w tej mierze jako oryginał pod ręką mającemu wierzyć należy. -

4to Że w przywileju Augusta II. z r. 1697 data naszego przywileju jest położona 1236. to tylko stąd to wnieść można, iż nie zajrzano w oryginał, lecz do mylnej kopii w Aktach Sandomirskich będącej, może łatwiejszej do czytania. - Wszakże gruntowniej szukano w roku 1777. według listu P. Maciejowskiego —

165

Arch Test. 485 / 1

AD 1287. 25 April.

LXVIII.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Quoniam omnem habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis, idcirco oportunum est, valde ac necessarium, ut gesta mortalium scriptis autenticis et testium robore confirmentur. Noverint igitur universi Christi fideles presentes ac posteri, ad quorum presenciam presens scriptum pervenerit, quod nos Premizel secundus Dei gracia Dux polonie majoris, piam et dignam donacionem progenitorum nostrorum videlicet ducis Wlodezlai avi nostri, nec non patrui nostri felicis memorie ducis Bolezlai quam fecerunt Ecclesie et conventui in Doberluch ordinis Cysterciensis in scriptis nobis oblatis audientes, videlicet in mansis quingentis circa rivulum Ponigua et Socula Dambrica, ipsam scilicet donacionem ut magis firma ab omnibus impedicentibus maneat, et ut in remedium anime nostre et omnium consanguineorum nostrorum proveniat, secundum quod circuicio que facta fuit fratribus dicti Monasterii ab antiquo extenditur, cum omni utilitate scilicet agris, pratis, silvis et aquis, cum omni libertate et pleno jure tam proprietatis quam possessionis tranquille et pacifice possidendo sicut in privilegiis predecessorum nostrorum continetur ad petitionem Domini Theoderici abbatis in Sambsco sibi, et ejusdem loci fratribus sicut in eos per abbatem et fratres de Dobirluch racione nove fundacionis ~~pro~~ predicta rite translata sunt, perhenniter confirmamus. Preterea annuum censum duarum marcarum quem ex molendino sito in superiori parte fluminis Lubniewiz recipere solebamus, predictis fratribus in Sambrsco, non solum pro pecunia quindecim marcarum, quam ab eis accepimus, set magis ut prediximus ad placandam nobis superni judicis severitatem, contulimus ab omni impetitione libere cum molendino perpetuo possidendum. Adicientes, quod termini proprietatis dicti molendini erunt isti: scilicet litus ex utraque parte rivuli usque ad arborem alnum, juxta medietatem piscine. Insuper duo jugera agri, ad seminandum segetem, vel plantandum ortum, juxta dictam molam nostra voluntate perpetua obtinebunt. Et ut hec nostra donatio robore inviolabili perseveret, fecimus hanc paginam nostri sigilli munimine insigniri. Nec testes supponi pretermisimus fide dignos, quorum nomina sunt hec: Dyrsizlaus Castellanus in Mezeriz, Comes Vincentius

Ja

de Pnev - Janico et Joseph comites filii Eustachij Thylo prothonotarius noster. et Jesco frater ejus. Lutonus plebanus in Lubucwiz. Ceterique quam plures fide digni. Datum in Gnezna Anno Domini M°. cc°. Lxxx°. viii°. in die Marci evangeliste -

~~pieczęć woskowa~~
W oryginale wisi na sznurku zgrzebnym zielonego jedwabiu pieczęć Przemysława Wielkopolska N°. 2 -

z Akt po supprymowanych klasztorach w Xst. Poznańskiem -

już drukowany w Jabczyńsk. Arch. teol. Rok I. porz. 4. p. 483.484. -

Drukowany w Dypl. Tynieckim p. ~~1288~~ 52.

1288.

106

Monasterium Tinecense.

Zuppae

Leskonis Ducis Cracoviensis &c.

Notum esse volumus &c. Quod ad Magnum sal in dominio Cracoviensi quadraginta marcas argenti usualis, et quadraginta modios salis pertinere et provenire ad usum et utilitatem monasterii Thiniecensis, quod certis temporibus exolvebant Zupparii quicunque Zuppam emebant ibidem, quod factum pium et honestum nos syncera complectendos devotione ratum habentes, atque firmum sicuti a praedecessoribus nostris perpetuum extabat, ita perpetuo confirmamus sancientes et tempora solucionis lucidius declarando, ne pro defectu salis

invenimus

salis aut argenti debiti et tempore
suo non erogati, ut in praedicto no-
stro monasterio fiat perturbatio
Dei famulis, qui pro pace terrae
nostraque salute non cessant Do-
minum exorare, nam praefati
Cenobii fratres saepe venerunt
ad nos conquerentes, quod eis
sal non daretur et hoc p~~ro~~er ne-
gligentiam vel avaritiam Zuppariorum.
Nos ergo paci et tranquillitati fra-
trum consulere cupientes, volumus
et statuimus sub poena unius
marcae auri nobis, quod ante
diem Philippi et Jacobi Aposto-
lorum Zupparii in Magno sale
Abbati Thiniciensi viginti mar-
cas argenti currentis et iterum
ante

ante diem ~~Sancti~~ Beati Mauricij viginti marcas persoluere teneantur, Qui si neglexerit in die ~~Sancti~~ Beati Floriani, et ~~Sancti~~ Beati Michaelis, nobis unam marcam auri, et Subcamerario unam marcam argenti, pro poena dare teneantur. Sal vero sub eadem poena ante diem ~~Sancti~~ Beati Andreae Apostoli omni septimana unum modium quam diu durat, debent expedire. In cujus rei testimonium &. Actum Cracoviae Anno Domini 1288. Datum per manus Domini Philippi Subcancellarii Curiae.

33.

108

Mistvinus dux Pomeranorum 1288 Aug. 24, s. l.; monasterio in Belbuk et ecclesiae s. Nicolai in Stupk de consensu Premislonis ducis Poloniae donationes facit.
Perlbach, Pommerell. Urkb. Nr. 437 (Z kopji zawartej w matrykuli Belbuckiej w archiwie Szczecińskiem.)

In nomine Domini amen. Ad memoriam futurorum scribuntur acta preteritorum quia ea que aguntur in tempore evanescunt simul cum tempore nisi recipiant a voce testium aut memoria firmamentum. Notum sit igitur cunctis fidelibus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis quod nos Mistvinus Dei gracia dux Pomeranorum primogenitus illustris principis pie recordacionis domini ducis Svantopolci de consensu et voluntate domini ducis illustris principis Premislii totius Polonie qui tunc presens aderat pro remedio animarum parentum nostrorum nec non et nostre contulimus domino abbati et fratribus castri sancti Petri in Belboch nec non et ecclesie sancti Nicolai in Stolp Ordinis Premonstratensis ecclesiam beati Petri in Stolp capellam sancte Marie in castro et ecclesiam sancti Stanislai in Gardna cum omnibus decimis et appendiciis quas antiquitus habuerunt et nunc habere dinoscuntur. Insuper contulimus infra has scriptas hereditates in castellatura Stolpensi Biatchov Ritzow Recezov Zidinon Viclino et Vidino Niveron cum clausura Galanzinon et Mistenevo vulgariter nuncupatas cum suis limitibus et terminis ab antiquo assignatis prout extenduntur in longum et in latum cum omnibus utilitatibus que nunc in eis sunt vel postmodum inveniri poterunt que nunc apparent vel in posterum apparebunt cum agris cultis et incultis cum pratis pascuis sylvis nemoribus aquis aquarum decursibus rivulis molendinis stagnis piscariis paludibus borris mellificiis venationibus qualiumcunque ferarum seu castorum omneque genus metalli ferri eris seu fontes seu venas salis et quicquid vel in terra vel supra terram vel in aquis inventum fuerit iure hereditario in perpetuum possidendas. Excipimus enim incolas villarum earundem ab omni exactione vel solutione Polonica seu Teutonica que ~~nunc~~ nunc est vel pro-

cessu

cessu temporis poterit exoriri ab opole a prevod a solutione bovis et
vacce ab urna mellis a simila a naraz a stroza a povoz a podvorove
a mostne a solutione frumenti a poradlne ab eo qui stanovnic dicitur
vel strozevi quem nec recipiant nec ducant ab expeditione hoc excepto
cum hostes terram intrare voluerint cum aliis hominibus nostris occurant
eis ad defendendum et castrum Stolp cum aliis hominibus quando necesse fue-
rit firmare debebunt hoc eciam adiecto quod coram nullo iudice palatino
vel castellano seu ad castrum per aliquem citati compareant vel respon-
deant nisi coram procuratoribus ecclesiarum prescriptarum vel si nos-
tro sigillo ~~e~~ ad nostram presentiam fuerint provocati. Omne vero iudicium
eisdem contulimus in causis maioribus seu minoribus. Si vero homicidium
per eosdem incolas perpetratum fuerit ipsi et eorum successores in perpe-
tuum recipiant solutionem si vero actor fuerit alterius vel ipsorum
in alterum solutionem dimidiabunt. Admisimus enim quod iudicare
poterunt ferrum pugiles quod ky dicatur sive examen aquarum. Exi-
mimus igitur easdem hereditates cum suis incolis ab omnibus laboribus
angariis quibuscunque nominibus censeantur. Insuper contulimus eisdem
tres liberas sagenas unam in stagno Gardna et duas in Leba. Ut autem hec
donatio nostra in perpetuum inviolabilis per~~manserit~~ severet presens scriptum
cum appensione sigilli nostri et sigilli domini ducis Polonie contu-
limus roboratum. Et superaddimus molendinum quod est inter ecclesiam
beati Nicolai et Biathko cum omni utilitate et proventu. Actum et
datum in die sancti Bartholomei apostoli anno Domini millesimo
ducentesimo octuagesimo octavo. Testes autem huius facti sunt
comes Svenzco palatinus de Stolp Laurencius castellanus de
Stolp Theslaus tribunus Pomoro subdapifer Paulus subpincer-
na et alii quamplures fidedigni.

Gardna, Garden. Biatchov, os. gnikta. Rithzov, dziś Reitz. Rezecov nie odgadnione.
Zidinow, dziś Seddin; wszystkie te miejscowości leżą na około Słupska. Reszta
nie odgadniona.

34.

109

Mestwyn Hertzog von Pomeren 1288 Aug. 26, Stolp; verleiht dem Burggrafen von Garnkow, Falo, das Dorf Droździenica mit Wysoka Siedliszcze.

Perlbach, Pommerell. Urkb. Nr. 438. (z księgi komendorskiej Tucholskiej, w archiwie Krolewieckiem.)

In Gotis Namen amen. Went dy Ding die in der Czit geschen pflegen myt der Czit tzu gliten von der Lute Gedechtnis, sy werden denne myt Gezugnis der Schrifft befestent. dorumme sullen wyssen dy Kegenwertyge und zukunftige das wir Mestwyn von Gots Gnaden Hertzog tzu Pomeren deme Graven Falo Burggraven tzu Garnkow der uns dor czum erst Botschaft brochte das unser lyber Son Przemisl Hertzog tzu Polan us dem Gevengnis des Hertzogen von Breczla dirlost were czu der genennen Botschaft Offinbarunge han wir dem selbin Falo tzu eyner Gabe yn unser Herschaft das Erbe Drosdenicz myt Wisocka Sedlisczhe in gemeyner Sprache genant mit allir Vryheyt vorlegin im und sinen rechten Nochkomelingen czu Erbrechte ewyclich tzu besiczen also doch wenne das vorgenante Erbe usgegeben adir besessen wirt zo sal sicho halbir Vryheit vröwen und halb myt den Luten unsers Landes an dyes stosit uben und dynen. Wir geben im ouch und synen rechten Nochkomelingen bynnen deme vorgenanten Erbe alle Nucze dy her gehabin mag bynnen den Greniczen desselbin Erbis. Dese Dyng syn geschen und tzu der Hant gereycht in Kegenwertikeit deser: Grave Swente etc. Das alle dese Ding stete blyben han wir desin Bryff myt unserem Ingesegil befestent, gegebin tzu Slupsche am Donrstage noch Bartolomei in der Hochtzit des Herzogen von Pomeren in den Jaren unsers Heren M. CC. LXXX VIII°.

Drosdenicz, Drożdżenice p. m. Kamień: Wisocka Sedlisczhe, os. gmikta.

1290. 1512. 1798 Gniezno

Capitulum Prelatorum et Canonicorum Almae Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis.

Universis et singulis quorum inter est tenore praesentium Significamus et ad indubitatam deducimus notitiam, infrascripta Iura, Servitia labores et datias villae Wielenino ad Mensam Archi Episcopalem Gnesnensem spectantis, in Clave Uniejoviensi sitae in Libro antiquo Revisionum bonorum Archi Episcopatus Gnesnensis per olim Perillustrem Reverendum Ioannem Basinski Canonicum Metropolitanum Gnesnensem bonorum eorundem Economum Anno Domini 1512. conscripto in Archivo Nostro Capitulari existente de verbo ad verbum contineri in tenore tali:

Wielenino.

Iacobus Dei Gratia S^ae^ Ecclesiae Gnesnensis Archi Episcopus. De voluntate et consensu Venerabilium Fratrum Capituli Gnesnensis, villas Ecclesiae Nostrae praedictae, dictas Pagowo Wielenino et dimidium Orzeszkowo, Simoni Civi Uniejoviensi Iure novo Szredensi ad locandum dedimus, vendentes sibi Scultetiam ibidem, dando sibi ad eandem Septimum Mansum liberum, Macellum, Molendinum si intra metas earundem haereditatum fieri poterit, libere suis que legitimis Successoribus Iure haereditario perpetuo possidenda. — Damus insuper eidem Sculteto facultatem omnes causas magnas et parvas furti et sanguinis judicandi, et quod in omnibus habeat tertium Denarium cujuslibet judicati. Incolae solvent Nobis Censum juxta Consvetudinem praedictae Civitatis Szroda videlicet: Maldratam triplicis grani, modium tritici, modium siliginis, modium Avenae et fertonem argenti de quolibet Manso solvere et ad Uniejow deducere tenebuntur. Quandocunque autem Collectas super Nostram Civitatem Uniejoviensem posuerimus, volumus ut eadem villa ad ipsas contribuere non debeat, cum eadem, sed solutiones et juramina juxta Ius suum duntaxat persolvet. Scultetus autem cum villanis suis minoribus, magnis Colloquijs juxta Ius suum nostrum recipiat Advocatum. Et quoniam Iura Szredensia etc.

Emanavit Privilegium sub anno Domini 1290. —

Item praescripta villa Pagowo quondam Mensae Archi Episcopalis erat, sed commutata tandem pro medietate villae Orzeszkowo, ita quod jam in toto est Mensae Archi Episcopalis. —

continet

Continet prædicta hæreditas in toto Mansos Viginti septem Cmetonales Viginti possessos cum medio etc.
Sex cum medio desertos Advocatiales quinque mansos quamvis Advocatus juxta numerum Lancorum duntaxat Quatuor mansos cum quinque sulcis habere deberet.
Plebanus pro dote Ecclesiæ tres mansos obtinet et unam Tabernam.
Solvunt de lanco pro censu Sancti Martini per Octodecem grossos et Povambu per sex grossos, ad Festum Sancti Adalberti.
Item Decimam manipularem Cmethones dant pro mensa Reverendissimi Domini et Advocatus Plebano suo etiam Manipularem post araturam suam et prius dabatur Maldrata.
Item in primo ingressu Reverendissimi Domini in Uniejow dant unum pecus pro statione suæ Paternitatis Reverendissimæ.
Ibidem duo Cmethones in uno manso residentes solvunt fertonem et Poboru sex grossos et decimam manipularem pro Castro. —
Item de Statione respondent quoties Dominus venerit in Uniejow videlicet per duos gallos. Et pro Festo Assumptionis Virginis Mariæ per duos pro castrandis caponibus, item ad Pascha per medium Sexagenam ovorum de quolibet manso. —
Ibidem prata modica sed bona pro Castro disponuntur. Zaberze ibidem tres solventes pro censu per fertonem, Wieprzowego de quolibet Lanco per unum grossum Capitaneo ad Carnis privilia,
Krowiego per duos grossos ad Pentecostes de Lanco —
Stronnego per medium grossum ad Pascha de Lanco —
Wieczne dant tres fertones simul cum Advocato.
Laborant unam diem in Septimana de medio manso.
Granitierum parietes sunt cum villis Nobilium Zaborowo, Pęgowo, wola Cannicali, Czepowo, Rozniatowo, cum omnibus his granities sunt, sed non scopulatæ — nec signatæ et propter strictitatem hæreditatum invadunt pascua præfatæ villæ Wielenino cum pecoribus eorum, ipsa devastantibus, in gravamen et damnum subditorum Ecclesiæ, necessario itaque limitandæ sunt inter præfatas hæreditates granicies et scopuli faciendi partibus citatis.
Quæ omnia et singula superius certa sic et non aliter, prout

in

in supra scripto Revisionum Libro continentur hic deprom ta et desumpta esse notificamus declaramus et attestamur praesentibus Literis nostris, quas in fidem per Notarium Nostrum Capitularem subscriptas, Sigillo Nostro communiri jussimus. Datum Gnesnae die Decima Septima mensis Decembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo nonagesimo octavo —

Franciscus Salesius Walicki Canonicus Coadjutor Publicus S^a^ Authoritate Apostolica et actorum Reverendissimi Capituli Metropolitani Gnesnen: Notarius Juratus.

Za zgodność z Extraktem z Konzystorza Gnieznieńskiego wydanym świadczę. Sieradz 27 Sierp. 1842.
A. Strwakowski
k. P. S. i M.

A.D. 1290 in Dlusco LXXVI. N. 73 112


Premisl secundus dux poloniae et Cracoviae confirmat locationem Civitatis Slupca per Johannem Episcopum posnaniensem factam. —

In nomine Domini Amen. Quoniam ea que geruntur in tempore simul labuntur cum tempore nisi litterarum seu testium munimine fuerint perennata, Nos igitur premisl secundus Dei gratia dux polonie et Cracovie, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod cupientes ut bona ecclesie posnaniensis cujus nos Dei miseratione patroni sumus in melius reformentur, ordinationem quam Venerabilis pater Joannes Ejusdem gratia Episcopus posnaniensis provide fecit, locando Civitatem in bonis ecclesie posnaniensis que civitas Slupca polonice nominatur, gratam habentes, presentibus confirmamus, et omne jus Theutonicum in ea promittimus observare volentes ut omnes mercatores quam alii ibidem ad forum venientes plenam habeant libertatem, et omnes hospites, mercatores seu terrigene per ipsam Civitatem Slupcam liberum habeant arbitrium transeundi, nec in via per nostrum dominium ab aliquo molestentur. Ne vero super his dubitetur imposterum, vel aliquis infringat hoc factum, presentem litteram conscribi fecimus, et nostri Sigilli munimine roborari. — Datum in Dlusco decimo septimo Kalendas Decembris, Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo presentibus Baronibus Thomislao palatino, petrone Castellano posnaniensibus, Dirsicrajo Castellano et Thilone preposito et aliis quam pluribus fide dignis. Ego Jasco Notarius Ducis prefati his omnibus interfui, et de mandato ipsius propria manu scripsi —

Zgodność z oryginałem poświadczona przez Jana Walickiego Zastępcę Pisarza Publicznego Powiatu Pyzdrskiego dn. 14. Grudn. 1821

przepisałem z kopii w Archiw. K. R. Sk. i D.

Już drukowany w Raczyńskiego kod. dypl. Nro LXXIII.



Premisl secund. dux Polonie et Pomoranie 1291(?) Apr. 16, in Gnezna; roborat privilegium quod monasterio Ląd dederat Mestwinus dux et dominus Pomeranorum 1280 Iul. 31, Gdanzc.

Perlbach, Pommerell. Urkb. №. 477a. (Z perg. or. znajdującego się w arch. miejskiem w Kolonji, u którego z pieczętowania pozostały tylko nici białe jedwabne. Datowanie zdaje się mylne, Indykcja wskazuje bowiem na rok 1292. ~~a świadkowie bądź mają, że dokument ten został wystawiony za pobytu ks. Przemysława w Gnieźnie w roku 1293~~

In nomine Domini amen. Quoniam quidem velocitate dierum status hominum morte succedente variatur necesse est ut gesta principum firmiter roborentur ne pravorum suggestionibus callidis violentur. Nos igitur Premisl secundus Dei gracia dux Polonie et Pomoranie notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod accedens nos Gnezne venerabilis abbas monasterii Lendensis Ordinis Cysterciensis presentibus nostris baronibus humiliter peciit ut hereditates quas a predecessore nostro duce Mestwino sibi collatas legitime possederat nostro privilegio confirmaremus perpetue memorie commendando (sic). Iussimus igitur nobis presentari privilegium prefati ducis Mestwini quod oculata fide perspeximus non cancellatum non abolitum nec aliqua parte viciatum cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus duximus inserendum. (Sequitur diploma №.

Nos vero progenitorum nostrorum devocionem pio favore prosequentes supradictas hereditates domui Lendensi cum omni libertate traditas confirmamus decernentes omnem controversiam vacuam et sine robore que super hiis hereditatibus in posterum per aliquem adversus fratres Lendenses poterit exoriri. Ut autem tam salubris donacio vim perpetue firmitatis optineat presentem cedulam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum et actum in Gnezna anno Domini M. CC. nonagesimo primo VI Kalendas Maii Indictione quinta presentibus hiis testibus comitibus Beniamin palatino Petrcone castellano Poznaniensibus Desiderio iudice Kalisiensi Philippo archidiacono ecclesie Gneznensis et aliis quam pluribus fidedignis.

(1292)

Noverint universi, cognicionem presencium habituri, quod nos V. Dei gracia etc. venerabilem in Christo dominum, fratrem Paulum .. episcopum, amicum nostrum carissimum, ad nostram procedentem presenciam cum comitiva sua totali reddentes securos in personis et rebus ipsorum omnibus a nobis et nostris omnibus veniendi ad nos et moram trahendi pro suo libito circa nos et redeundi ad propria, quando expedire videbitur et sibi placebit, salvis sua et suorum personis ac rebus, sub eadem assecuracione et conductu nostro plenam concedimus facultatem, presencium testimonio litterarum: petentes affectuose predictum dominum episcopum instanter, ut homines nostrarum terrarum Cracovie et Sudomie et nuncios ducis sub prefati securitate conductus nostri per manum suam (   ) dignetur adducere ad nostram presenciam et conspectum, securitate plena eis aperte nostra vice nostri promissis. In cuius assecuracionis et conductus nostri testimonio sibi mandamus dari presens scriptum nostrorum sigillorum appensione munitum.

Z księgi formularzy króla Otakara czeskiego, przechowanej w bibliotece kolmarskiej, ogłosił Brandl w Codex diplom. et epistol. Moraviae, Tom VII, vol. 3, str. 973. Glejt ten bez daty może pochodzić z roku 1291 lub 1292, najstosowniej jednak odnieść go do jesieni r. 1292, kiedy Wacław zawierał pod Sieradzem traktat z Łokietkiem w przedmiocie zrzeczenia się przez tegoż ostatniego dzielnic krakowskiego i sandomirskiego. Obecność przy tym akcie biskupa krakowskiego mogła być bardzo pożądaną. Biskup wszakże nie przybył, gdyż nie widać go na żadnym akcie, wystawionym w obozie pod Sieradzem, i wkrótce potem d. 29 listopada 1292 umarł. Być jednak może, iż ów glejt przesłany został biskupowi już po traktacie sieradzkim, z wezwaniem stawienia się na dwór Wacława, kiedy Wacław do Krakowa podążał.

(1292.)

Nos Dei gracia etc. Notum facimus universis, presentis scripti seriem cognituris, quod nos barones et nobiles nostrarum terrarum Cracovie et Suadomie ad nostram procedentes presenciam, a nobis et nostris omnibus assecuramus et totam ipsorum cum rebus comitivam, concedentes eis sub predicta a nobis et nostris omnibus securitate et ducatu nostro attendendi nostram presenciam, standi, moram faciendi circa nos et redeundi ad propria cum salute personarum et rerum suarum plenam et liberam facultatem. In cuius nostre assecuracionis et conductus nostri testimonium, dictis baronibus et nobilibus dari mandamus presens scriptum, sigillorum nostrorum munimine communitum. Datum etc.

Z księgi formularzy króla Otakara czeskiego, przechowanej w bibliotece kolmarskiej, ogłosił Brandl w Codex diplom. et epistol. Moraviae, Tom VII, vol. 3, str. 974. Glejt ten bez daty odnieść należy ze względu na podany dopiero wyżej podobnyż glejt dla biskupa Pawła, do jesieni r. 1292.

z 38

[Krzyżanowski: Dyplomy Przemysł. II. nr. 3, s. 42]

38

116

[1292]

Premisl secund. dux Polon. 1295 Mai. 22, in Poznani;

Poznań. Arch. Rządowe. Relation. Valcens. d. a. 1767, f. 218. (Kopja pergaminowe oryg. u którego z popsutało wcięcie od przyw. pieczę.)

In nomine Domini amen. Multis incommodis prudenter occurrimus cum etatis nostre negocia literarum ac testium munimine roboramus. Nos igitur Premisl secundus Dei gracia dux Polonie notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis quod utilitatibus militum ac servitorum pie nostrorum intendere cupientes intuentes fidelia servitia dilecti militis nostri Woyslonis filii Ianconis damus tradimus et conferimus sibi et suis successoribus ius Theutonicum in villa que nomine Ianow mlyn vulgariter nuncupatur ita quod locet ipsam eo iure Theutonico quo omnes ville Theutonicales in dominio nostro dinoscuntur fore locate. Redimentes et absolventes dictam villam ab omni exactione et Polonica solutione videlicet a naraz a povoz a prewod a stroza a bove a vacca ab opole a podworove a castri citacione ita quod si quis incolas dicte ville citare voluerit ipsos non alibi sed ad nostram presenciam evocabit tunc astabunt coram nobis sigillo nostro littera aut annul

evocati. Preterea damus ei libertatem a solucione collecte et ceteris solucionibus Theutonicalibus infra spacium quatuordecim annorum qua elapsa id quod alie ville Theutonicales in dominio nostro consistentes nobis facere et solvere tenentur ad similia facienda et solvenda eadem villa erit nobis obligata. In cuius rei testimonium presentes Iasconem notarium nostrum conscribi fecimus et sigilli nostri municione roborari. Datum in Poznan in die Penthecostes anno gracie Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto presentibus his testibus Domino Andrea cancellario Polonie domino Thilone preposito de Santhok.

Siradiae an. 1292 infra d. [1-8am Junii] 117

ks. M. 47

Wladislaus dictus Locticus Regni Poloniae 43 etc. dux villam Wroncza donat sculteto Lutomiersciensi eandemque iure teutonico regi iubet. ~~Innovatio privilegii - Lutomirsk~~.

~~1292~~.

[Wierzbowski, T. 4/3, suppl. nr. 79, Reg.]

~~Sigismundus~~ etc.

In Nomine Domini Amen. Quod magnifica principum decrevit auctoritas, ratum debet atque stabile permanere. Proinde nos Wladislaus, dei gratia Regni Poloniae et terrarum Pomeraniae, Cuiaviae, Lanciciae et Siradiae dux, notum facimus universis praesentibus et futuris praesentem paginam inspecturis, quod inspectis fidelibus servitiis Ankinj sculteti nostri et ad maiorem restaurationem Civitatis nostrae, quae Luthomirsko nuncupatur, villam nostram Wrancza in vulgari dictam, sittam ante praedictam civitatem ipsam ad praenotatam Civitatem dictam Luthomyrsko adiungimus, eidem Ankinj Sculteto et ipsius legitimis successoribus plenarie et integre iure hereditario in perpetuum possidendam cum omnibus utilitatibus videlicet sylviis, nemoribus, merica, rubetis, mellificiis, pratis et cum omnibus aliis proventibus ac pertinentiis, dantes praenominato Ankini et suis successoribus liberam ac omnimodam potestatem eandem villam locandi iure Theutonico pro ipsius beneplacito voluntate cum eodem iure pleno, quo praefata Civitas nostra dicta Luthomirsko tenet et possidet, liberantes, eximentes omnes incolas, qui ibidem fuerint commorati ab omnibus solucionibus et exactionibus polonicalibus, quocumque vocabulo censeantur et cum praedicta Civitate soluciones, quales cumque occurrerint, persolvere tenebuntur. Et damus insuper eisdem incolis omnimodam ab omnibus nostris solutionibus infra spatium sex annorum super Dambrowa et subitis extirpandis, super vero extirpatis duorum annorum gaudebunt libertate nec ad alicuius praesenciam citabuntur nisi ad praesenciam eiusdem Sculteti et iure eiusdem Civitatis respondebunt. In cuius rei testimonium praesentes literas iussimus nostri sigilli munimine roborari. Praesentibus his testibus: Domino Joanne Palatino Cuiaviensi, comite Stigneo Castellano Siradiensi, Comite Joanne Castellano Spicimiriensi, Comite Conscisco Iudice Siradiensi, Comite Petro subdapifero Siradiensi, Comite Wilhelmo advocato Siradiensi. Datum et actum Siradiae ~~Anno Di. 1292. infra Octavas Sae. Trinitatis~~ [1-8 Junii]

Recov. 1531 - f. 114 v. Sigis. Archiv. Bartholom. Praes.

anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo infra octavas sanctae Trinitatis.

Ex confirm. Sigismundi I regis Cracoviae ~~anno~~ 1531 data et in librum MR. 47 f. 43 relata.

1292 (? 8 Novembris)

(Transsumpt z przywileju Włady. Łokietka z r. 1330 zawartego w przywileju oryginalnym Kazimirza W. z r. 1344)

Nos Wenceslaus dei gracia Rex Bohemie, dux Cracouie et Sandomirie Marchioque Morauie notum facimus vniuersis tam presentibus, quam futuris: quod nos Ciuitatem nostram Sandecz ad illum locum, in quo nunc villa kamenycz sita est, dilectis fidelibus nostris Bertholdo Aduocato et Arnoldo cum suis fratribus filijs Tyrmanij eiusdem Aduocacie consortibus concedimus locandam: Annectentes ad ipsam Ciuitatem Sandecz septuaginta duos Mansos, quos a quolibet homine enodabimus et liberos penitus faciemus. Debet autem Mansus quilibet decem scotos argenti vsualis in festo sancti Martini census nomine soluere annuatim. De quibus septuaginta duobus Mansis, sex ad communem omnium Ciuium vtilitatem pro pascuis et alijs vsibus pertinebunt, quatuor omnino liberi, et de duobus Mansis tota communitas, ut de alijs laneis, Censum soluet nobis, sexto denario pro aduocatis reseruato. De alijs autem vniuersis Mansis et Areis, que Aree per dimidium lottum soluent, sextam partem dicti Aduocati habebunt, pro nobis quinque partibus reseruatis. Sed de apotecis, Cameris pannorum, mensis panum, Sutorum et Macellis, de examinatorio libra plumbi, et alijs omnibus structuris in eadem Ciuitate, de quibus vtilitates alique prouenire poterunt, eorumdem prouentuum, sexta pars eciam eisdem aduocatis cedet, et quinque partes debent aplicari pro communi vtilitate et commodo Ciuitatis eiusdem. Omnia nihilominus Macella, quecunque ijdem aduocati proprijs sumptibus comparabunt, construent, et ement, et duo balnea, vnam Curiam, in qua peccora mactantur, que kuttelhof wlgariter nuncupatur, et vnum Mansum cum Curia in Ciuitate prescripta, Molendina insuper, quotquot necesseria (sic) eidem territorio super Dunaiecz in vtroque littore, in kamenycz et in Elbynge aquis, suis impensis facient, ab omnibus Censibus et seruitutibus quibuslibet, ijdem Aduocati cum suis heredibus libera possidebunt, et Molendina predicta nulli alij (sic), quam ipsis, construere licebit. De Culpis vero judicij et Causis cuiuslibet rei tercia pars ipsis et eorum heredibus, et due partes prouentuum omnium nobis cedent. Et quia ad ipsam Ciuitatem addidimus de Siluis nostris Centum Mansos, quos in spacio quindecim annorum a data presencium locarentur (sic), quotquot de predictis Mansis locati fuerint in spacio eodem, ad similem Censum supradictorum Mansorum tenebuntur; et ipsi eciam aduocati totam partem habebunt de eisdem Mansis prouentuum quorumcunque. Hoc quoque addidimus, quod si Aurum vel metallum qualecunque Aduocatos et Ciues eiusdem Ciuitatis, infra terminos et limites hereditatis pertinentis ad ipsos,

fortuna fauente inuenire, et tum sumptibus eorum elaborare contigerit, omne jus, quod circa talia principes alij consueuerunt, eis volumus obseruare. Constituimus insuper, vt theloneum non in antiquo loco, sed in presenti recipiatur, et via ibidem communis et publica deinceps dirigatur. Amplius volumus, quod in toto districtu aput ipsam Ciuitatem nullum forum habeatur alias, quam ibidem. Volentes ut hij, qui secus presumpserint, per aduocatos predictos rebus omnibus spolientur, et persone nobis cum spolio presententur. Et ut Ciuitatis eiusdem condicio meioretur, annuale forum in festo beate Margarete vsque ad eius Octauam seruari et haberi volumus, cum omnimoda libertate. Monetam eciam pro vtilitate Ciuitatis per aduocatos instaurandam concedimus et fauemus. Ceterum alie (sic) Incole, vndecunque venientes ad inhabitandam ipsam Ciuitatem per ducatus nostros Cracouie et Sandomirie liberum habeant transitum, a theloneis absolutum, et ijdem Incole in Ciuitate comorantes per vtramque wartham, id est bronam in wlgari, versus Ungariam, ad nullum eciam theloneum teneantur. Adiungimus eciam in presentibus decernentes, ne quis in spacio vnius Milliaris ad omne latus Ciuitatis eiusdem, tabernam braxare (sic) audeat vllo modo, decernentes in spacio eodem nulla per quemquam artificia exerceri. Aplicamus eciam eidem Ciuitati ad vtilitatem nemus ex omni parte, piscacionem et venacionem in metis et terminis ipsorum. Predicta vero Ciuitas locata esse debet sub juribus vniuersis Meydburgensibus, que in Ciuitate Cracouiensi exnunc vigent, et hactenus viguerunt, vt ad jus ibidem prescriptum recurrant, si de aliquo fuerit dubitatum. Predictas autem vtilitates dictis aduocatis Bertholdo et Arnoldo cum suis fratribus vniuersis, et eorum successoribus legittimis, liberas ad vendendum, ad donandum prefatis juribus perpetuis temporibus condonamus, et easdem inter se percipiant, et parciantur, secundum justiciam parimodo. In cuius rei testimonium presentes fieri et nostrorum Sigillorum munimine iussimus roborari. Datum in Cracouia Anno domini M°, CC. nonagesimo secundo per manus Henrici prothonotarii Cracouiensis et Sandomiriensis, Quaz wlgariter nuncupati, sexto ydus Nouembris.

A.D. 1293. d. 16. Januarii

[Kod. Tyn. nr. 40.]

Nos Wenceslaus dei gracia Rex Bohemie, dux Cracovie et Sandomirie, Marchioque Moravie — Tenore presencium notum facimus universis, quod cum honorabilem virum Dominum Albertum Abbatem Tincinensem dilectum fidelem nostrum propter ejus obsequia grata nobis benignis affectibus amplectemur, universos ipsius homines in servitiis suis persistentes, ab omni jurisdictione Beneficiariorum Bohemie, Cracovie, Sandomirie et Moravie, terrarum nostrarum quamdiu id non revocabimus de speciali gracia nostra, tenore presencium absolvimus graciose. — Quapropter universis et singulis vobis Beneficiariis et officialibus nostris quibuslibet jam dictarum terrarum nostrarum mandamus et injungimus firmiter, nostre gracie sub obtentu, quatinus infra spacium quo nostra hujusmodi concessio durabit non presumatis a data presencium ejusdem venerabilis abbatis homines citare, et quodlibet aliud contra eos officium exercere — volentes ut coram ipso domino abbate dicti Monasterii Tincinensis nisi id revocemus, de jam dictis suis hominibus justicia requiratur. In cujus rei testimonium presentes fieri, et sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. — Datum Brunne Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tercio XVII° Kalendas februarii.

pieczęć [illegible] — przepisałem z Oryginału zachowanego w [illegible] we Lwowie.

K[illegible] 58
Mac. Pamiętnik II 394
z mylnym rokiem 1298

Dyplomata
Łaniskie

A.D. 1293. 5/7 Julii

120

LXXXIII

6. Julii

In nomine Domini Amen. Multis incommodis prudenter occurrimus, cum etatis negocia litterarum ac testium munimine roboramus. Nos igitur premisl secundus Dei gracia dux polonie cupientes digna negocia, nostro precipue testimonio delata, perpetua gaudere firmitate, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod in nostra nostrorumque baronum presencia constitutus Johannes dictus Mascovo vulgariter nuncupate que ipsum et filium suum racione patrimonii contingebat, et hereditario jure Monasterio de Zembrsco Ordinis Cisterciensis in persona religiosi viri Domini Nicolay abbatis domus ejusdem contulit et resignavit jure hereditario perpetuo possidendam. que pars dicte hereditatis sic suis limitibus est circumferencialiter distincta, secundum quod via ducit de ponikua directe in rivulum que via currit in Okreleve, et sic rivulus dictus per medium, et hec eadem pars hereditatis sita est et parte ville Cruciferorum Templevo in vulgariter nominate. Nos vero considerantes hujusmodi donacionem rite et racionabiliter celebratam, participes fore cupientes dicte elemosine, ipsam approbantes et ratificantes decrevimus robur optinere perpetue firmitatis. Et ne quispiam huic donacioni processu temporis, et nostre confirmacioni obviare presumat, presentes conscribere Jasconem notarium nostrum jussimus, et sigilli nostri munimine roborari. Actum et datum in poznania infra octavas beatorum apostolorum petri et pauli. anno gracie domini M° CC° Nonagesimo tercio. presentibus his testibus Comitibus Boguslao Castellano de Usche et Subcamerario Poznaniensi – Wlostone Castellano de Drezen. et domino Thilone preposito de Santok.

pieczęć wielka Krakowska na jedwabiu zielonym–

z Akt po suppressowanych klasztorach w w X. Poznańskiem.

drukowany w Zaborzyński Archiv. Teolog. Rok I. pozyc. 4. p. 484. 485.

Johannes Poznan. epus. 1293 Sept. 11, Poznanie; 36.

Ulan. 360 sh. wr. 11 121

Poznań. Arch. Consistor. epalis. Acta epalium d. a. 1500 – 1516.

In nomine Domini amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris copiam presencium inspecturis quod nos Johannes miseracione divina Poznaniensis episcopus volentes bona et possessiones ecclesie nostre in melius reformare terras ipsius ecclesie videlicet Zymnovo a detentoribus liberantes dedimus de consensu nostri Capituli Voyczechoni dicto Szkazanyecz iuncto ipsius Voyczechonis Domachovo Theutonico iure locandas ut dictus Voyczyech tam de nostris quam eciam de ipsius Domachovo sex mansos et sex ortos pro se et suis liberis imperpetuum possidendos et post obitum Voyczyechonis cum filiis suis Johanne et Floriano ordinacionem diffinivimus sub hac forma. Quod sicut ipse Voyczyech ita et filii sui successores ipsam terram Domachovo iunxerit bonis nostris supradictis in ius Theutunicum de voluntate et ratihabicione illustris domini nostri Premisl ducis regni Polonie tali interposita condicione quod si idem filii Voyczyechonis casu improsperitatis contingente terram suam Domachovo amiserent tunc in nostris bonis nec sculteciam nec aliquod ius habebunt. Promittimus eciam filiis dicti Voyczyechonis dicta bona sub potestatem alicuius laici nomine concessionis ullo modo velle erogare sed si decreverimus ipsa bona alicui ex nostris confratribus concedere, filii

37

prestabiti Voyczyechonis parenciam debitam eidem exhibe-
re teneantur tanquam nobis nichilominus adicientes si
per compulsionem alicuius ardue necessitatis aut gravedinem
degencie predicta bona nostra Zymnowo vendere nos oppor-
teret prenominati vero filii Voyczyechonis bona sua Doma-
chowo cum omnibus terris et metis circumquaque contiguis
et adiacentibus semper ex integro omni sine impedimento
possidebunt. Habebunt itaque idem sculteti et ipsorum suc-
cessores tabernam liberam macellum carnium molendinum si
fieri poterit venaciones avium et leporum sed de ipsa taberna
solvent libram cere ecclesie ibidem pro candela quolibet anno.
Et ut gaudeant filii sepedicti Voyczyechonis dicta bona voluntate
ipsis donamus plenum ius patronatus conferendi ecclesiam
in Domachowo nostro de consensu nos vero eciam dictam ecclesiam
ipsorum sine consensu conferre non valemus. Et durante liber-
tate solvent incole predicte ville loco et nomine decime duas
marcas evoluta vero libertate adhuc trium annorum, solvent domino
episcopo de quolibet manso fertonem argenti usualis et maldratam
annone triplicis grani videlicet quatuor tritici quatuor avene
et quatuor siliginis in mensura debita atque vera/ et in crastino
beati Martini ad curiam domini episcopi in Dolsko predictum
censum tenebuntur presentare. Item incole ville predicte
porcum in Natali Christi pro fertone in Pascha Domini latus
lardi et quatuor scapulas per decem ova in festo beati Petri
vaccam pro dimidia marca et per duos pullos tenebuntur
dare in quolibet anno. Si vero aliqua communis solucio que
ad nos spectare dinoscitur super scultetos venerit filii prius
Voyczyechonis et eorum posteri de his mansis quos pro se te-
nebunt nihil de his nobis solvere tenebuntur et ab omnibus

serviciis nostris sint liberi et immunes. Sed cum communis indictio vel mandatum Ducis fuerit incole dicte ville ipsos filios Voyczyechonis si currum ad dictum servicium vel expedicionem ~~debet~~ ducis ducere indiguerint duos Knethones et duas partes expensarum eisdem debent elargire. Et in tribus generalibus iudiciis in quibus assessor ipsius sedebit dicti incole eidem assessori duobus diebus iudicii duo prandia debent preparare ipsi vero sculteti tercium presidentē ipso assessore tercio iudicio prandium adaptabunt. Preterea domus filiis sepius memorati Voyczyechonis de maioribus quatuor iudiciis videlicet de patentibus vulneribus cremacionibus homicidiis furtis ubicumque in curia nostra aut alibi iudicata fuerint de hiis terciam partem recipere tenebuntur, alia vero minora omnia ad nos minime spectare tenebuntur. Sed ad ipsos concedimus eciam si aliquibus querimoniis ab aliquibus occupati fuerint in dictis bonis coram nobis aut nostro assessore in curia nostra in iure Polonico aut Theutunico quod horum ipsis videbitur fore melius respondebunt. Adicientes si dicti sculteti nobis in quo quoquomodo displicuerint non ergo vendere debebunt sed relictis bonis nostris bonis suis in Domaczhovo libere et pacifice adherebunt sed si vendere voluerint bene possunt et valebunt. Ne vero super hiis in posterum dubitetur presentem literam scribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Actum et datum Poznanie tercio Idus Septembris anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio presentibus ibidem hiis magistro Gregorio

decano Posnaniensi domino Thoma custode eiusdem ecclesie magistro Frederico domino Percone et aliis canonicis eiusdem ecclesie fidedignis.

[Ulanowski: Dokumenty kujawskie, 364,13] 8 37

~~STADT-ARCHIV~~ Wilhelmus abbas monasterii in Obra 1294 Oct. 24, s. l.; ~~Köln, den 16. Januar 1883~~

123

Annalen des hist. Vereins f. d. Niederrhein 38, S. 40, mitgetheilt von Cardauns:

„Wilhelm Abt des Cistercienserklosters Obra in Polen theilt den Amtleuten von St. Christoph zu Köln mit, dass er mit dem Mönche Heinrich von Niederich auf jede Kraft an dessen väterlichem Hause verzichte. 1294 Oct. 24.

Honorabilibus viris et discretis .. magistris ac universis .. officialibus parrochie sancti Christofori in Colonia Wilhelmus abbas monasterii in Obra ordinis Cisterciensis siti in Polonia salutem et omne bonum. Noveritis quod nos cum Henrico monacho nostro, filio quondam Henrici dicti de Nederig et Gertrudis uxoris sue civium Coloniensium, renunciavimus et renunciamus, effestucavimus et effestucamus pure, simpliciter et de plano super hujusmodi parte domus et aree et curie ~~cu~~ contigue site super lata platea versus sanctum Gereonem ex opposito putei*) juxta vineam dominorum canonicorum sancti Andree in Colonia ante et retro, subtus et superius, prout ibi jacent, ad ipsum Henricum de morte .. patris sui predicti devoluta, de jure ac super omni jure, quod nobis competere posset in eadem, ad manus Theoderici dicti Sapfuen-

41

*) puteo Urk.

tis, Gertrudis uxoris sue et Tilmanni cognati eorundem, ita quod jure et sine contradictione optinebant predictam hereditatem. In cujus rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum crastino beati Severini episcopi anno domini M.CC. LXXXX. quarto.

Siegel abgerissen. Or. in der Bibliothek des katholischen Gymnasiums zu Köln.

—

Obige Urkunde habe ich für Dich gleich ganz abgeschrieben. Vielleicht berührt sie die Gütergeschichte von Lond.

Mit herzlichem Gruß in Eile

Dein

K. H.

[Zbiór Mog. nr. 43.]

124

1294. [28. XII]

In nomine domini amen. Cum regalem excellentiam sacram religionem et plantare deceat, et fovere liberalitatis regie habundancia sublevando, ut cultores ipsius religionis, quo fuerint adiuti commodius, domino quiecius famulentur. Nos Wenczlaus dei gracia Rex Bohemie, Dux Cracovie et Sandomirie, nec non Marchio Moravie, notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod pie devocionis oculos ad eclesiam gloriose Virginis Marie et ad viros religiosos ordinis Cysterciensis cenobii de Heinrichow sincerius convertentes, cum ipsis facimus graciam specialem, pro nostrorum remedio peccaminum et salute, ipsis dantes liberam, perfectam et perpetuam facultatem, villas eorum scilicet Wrosnicza et Glesam majorem et minorem locandi jure Theutonico, quo maluerint, et ponendi in eisdem incolas cuiuslibet linguagij vel eciam nacionis; aut eciam, si suas grangias habere voluerint et agros iuxta dictum jus excolere, eis concedimus semper liberam potestatem; Eosdem incolas nec non villas et grangias ab omni jure Tribunali, jurisdictione, potestate et dominio Castellani, Palatini, Judicum, et officialium quorumcunque Cracoviensium perpetuo eximentes et liberos facientes: ut nullus dictos incolas iudicet, nisi eorum domini, fratres ordinis supradicti; aut tunc solum noster Capitaneus, cum idem essent negligentes in iusticia querulantibus de prefatis incolis facienda. In horum itaque evidenciam cerciorem presentem paginam eis contulimus, nostri sigilli munimine roboratam. Actum publice Cracovie, quinto Kal. Januarij Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Quarto, et datum per manus dñi Pachozlaij Cancellarij Cracoviensis. –

(Z oryginału Klasztoru Mogilskiego, na pergaminie, u którego na czerwonym jedwabiu była mała woskowa pieczęć, od któréj mały tylko spodni okruch zupełnie pusty pozostał.)

NB. Jus Theutonicum, quo maluerint.
Grangias dominorum, –
Agros secund. jus Theut. excolere.

1295.

In nomine Domini amen. Facta et ordinaciones hominum ne a posterorum noticia vel memoria labantur cum tempore labente, debent scripti caucione et idoneorum hominum testimonio perhenniari. Eapropter nos Mestwinus Dei gracia dux Pomeranie, notum facimus universis, presentibus et futuris, quod veniens ad maiestatis nostre presenciam venerabilis in Christo pater, dominus Bertholdus, abbas monasterij Byssoviensis, ordinis Cysterciensis et Wladislaviensis dyocesis, de sui capituli consensu ac de nostro speciali favore fecit super proprietate ac possessione ville Dambagor wlgariter dicte, districtus Swecensis, quam eiusdem verj heredes, videlicet Vithoma, Strezemirus et Bogus fratres, et relicta Sandzemiri fratris ~~predictorum~~ eorundem, Boguslava dicta cum suis filijs, scilicet Paulo et Boguslao et filia Margaretha necnon relicta Godoslai fratris predictorum, nomine Margaretha, cum suo filio Martino et consanguineorum suorum Godoslai ac duorum filiorum suorum Stanislai et Laurencij benivole ac cum deliberacione matura rite pro L XXX marcis Thoronensis monete vendiderunt concorditer et coram nobis dictis abbati et fratribus de Byssovia bona voluntate resignaverunt, abrenunciantes pro se suisque consanguineis, affinibus ac alijs omnibus et singulis, qui ius aliquod sibi aliquo-

42

modo vendicarent, omni eciam iure et dominio, quod in eadem villa seu hereditate actenus habuerint, ratum et gratum habentes, presentis scripti patrocinio beniuole confirmamus. Nos eciam precibus dictorum fratrum abbatis et conuentus inclinati, prefatam hereditatem siue villam Dambagor nominatam, cum suis terminis et gadibus, cum agris, pascuis, siluis, nemoribus, paludibus, borris, mellificijs, pratis et cum omni iure ac iudicio, vniuersis vtilitatibus presentibus et futuris, liberam a iugo rusticalium operum et ab exaccione, a boue et vacca omnis iuris, quocumque censeantur nomine, domino abbati ac ipsius monasterij supradictis gratanter conferimus, ab eisdem perpetuo possidendum. In cuius rei memoriam perpetuam presens instrumentum desuper confectum, dignum duximus nostro sigillo roborandum. Actum et datum in Srecza, anno Domini M° C° C° nonagesimo V°, in die sancti Iacobi apostoli. Presentibus hijs testibus, nobilibus ac baronibus nostris: comite Paulo palatino Srecensi, Stanislao castellano ibidem, Dalessio subcamerario, Iohanne pincerna ibidem, Waslao de Sroczk, chathia choranze et alijs quamplaribus fide dignis.

Z potwierdzenia wielkiego mistrza Karola de Treueri z r. 1312, przechowanego w oryginale pergaminowym w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 56).

Mari. Str. 365 nr. 14 40. -126-

Vlodizlauus dux Polonie etc. 1296 Mai. 10 in Poznania;
Ioanni abbati et fratribus de Lukna ecclesiam suam de Zun cum omnibus attinentiis et proventibus jure patronatus d. obtinendam donat.

(Pergam. origin. bene conservatum sigillo caret; Zon. archiv. eccles. paroch. dipl. diplom.)

In nomine domini salvatoris amen. Cunctorum perit memoria factorum nisi scripture presidio vel testium amminiculo fuerint insignita. Nos igitur Vlodizlauus dei gracia dux polonie, pomeranie, Cuyavie, Lanchicie ac Syradie. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris et omnibus presentem paginam inspecturis, quod ob reverenciam dei ac sancte matris ecclesie, ac beate Marie virginis, nec non patris reverendi domini Jo. abbatis de Lukna tociusque conventus fratrum ibidem domino deo die noctuque famulancium, et pro remedio anime felicis recordacionis domini Primiszlonis incliti regis polonie, ac eciam nostrorum progenitorum facta salubria pio prosequentes affectu, donamus et offerimus prefatis fratribus nostram ecclesiam de Zun, cum agris, pratis, aquis, et cum omnibus utilitatibus et proventibus ad ipsam pertinentibus jure patronatus libere perpetuo obtinendam. Et ut hec nostra donacio sic legitime per nos

facta, firmitatis perpetue robur obtineat, dedimus presentem paginam memoratis fratribus de Lukna nostri sigilli munimine roboratam. Datum in poznania, Anno gracie, M̊. CC̊. Nonagesimo, sexto. In octava ascensionis domini. ~~Comes~~ Cum hoc fierent hii testes presentes astiterunt. Comes Ubizlaus pincerna kalisiensis. Comes Kelzch castellanus de zbanzim. Comes albertus dictus Gansk. Dominus thomas custos ecclesie poznaniensis. Dominicus notarius curie nostre, et alii quam plures fide digni.

Lukna = Lekno. Żun = Żoń. Zbanzim = Zbąszyń.

41.

Iacobus s. Gnezn. eccl. archiepus. 1296 Iun. 25, in Calis;

Ulan. 366 nr. 15

-127

Gniezno. Arch. Capit. Metrop. Liber privileg. ab a. 1459. I, pag. 211.

In nomine Domini amen. Quoniam omnia que aguntur in tempore simul cum tempore dilabuntur nisi virorum ac litterarum testimonio fuerint perhennata, Nos igitur Iacobus miseracione divina apostolice sedis providencia sancte Gnesnensis ecclesie archiepiscopus tam presentibus et futuris manifeste fatemur esse notum, quod in nostra villa ac hereditate que vulgariter Przestarzewo nuncupatur rite et racionabiliter vendidimus sculteciam cui adscripsimus laneos duos liberos pariter non separatos in eadem hereditate sitos probo viro et honesto Iasczoni dicto Viszynk et ipsius successoribus legitimis pro sedecim marcis puri argenti libere (sic) ab omnibus solucionibus et serviciis et angariis sed tamen more medio aliorum sculletorum serviet nobis et hoc fecimus de consilio nostri Capituli Gnesnensis ecclesie. Dictus vero Iaszko cum sua legittima posteritate predictam nostram hereditatem locare debet iure theutonico secundum ius ~~nov~~ novi fori. Racione vero locacionis eiusdem ville nostre dictus Iaszko cum sua posteritate habere debet liberam tabernam liberum macellum cameram pannum sartorum sutorum et fabrorum et tercium denarium de omni re iudicata campum specialiter in predictis duobus laneis cum prato quod situm habet in rivulo Vidava mellificia in borra in sua hereditate piscatorem. Dicta vero hereditas ha-

debit

bebit libertatem duodecim annorum elapsa vero liberta-
te Kmethones in eadem hereditate commorantes presen-
tes et futuri annuatim pro festo sancti Martini solvant
nobis et successoribus nostris pro censu annuo unam
marcam pecunie communiter currentis duos choros
avene duos ~~caseos~~ gallos duos caseos viginti ova et unum vas
cervisie pro adventu nostro. Item ipsi Kmethones debent
solvere et componere nobis per quatuor denarios de manso
obiednego dictus vero advocatus prandium pro quolibet col-
loquio nostro capitaneo ministrabit. Item taberne eiusdem
ville que sunt tres per unum fertonem nobis solvent. Item pon-
talia in fluvio Vidava que ex antiquis ecclesie nostre Gnesnensi
iuribus privilegiis et consuetudinibus in eadem villa nostra exigi
consueverant illa pro nobis specialiter sunt reservata de quibus
advocatus nihil precipiet (sic). Item Kmethones eiusdem
ville laborabunt in predio Cluky pratumque disponent. Item
conducent seu evectiones facient ad Vislam mense nostre
viciniorem. Item decimam manipularem simulcum deci-
ma lini plebano eiusdem ville daturi erunt ipseque
Jaszko et nullus alius iudicia / exercebit in villa predicta
nostra sic ut in villis alys archiepiscopalibus fieri
istud consuevit. Que omnia premissa sub rathihabicio-
ne venerabilis Capituli nostri decernimus perpetui roboris
esse et in eorum testimonium atque munimen sigillum
nostrum ac eiusdem Capituli sunt presentibus subappen-
sa. Actum et datum in Calysch in crastino sancti Joannis
baptiste sub anno Domini millesimo ducentesimo
nonagesimo sexto presentibus his testibus dominis
(... ?).. preposito Gnesnensi Nicolao dicto Cuspa
Petro supincerna (sic) Calischiensi Nicolao de ~~[illegible]~~ Vyszard
comite Nicolao clerico curie nostre dicto Zamat
presencium litterarum scriba.

[Perlbach] 9 44.

Wladislaus dux regni Polon. 1299 Jun. 15–20, in Kalis; -128-

Kölner Cop. fol. 28b n. 59.


1299. Juni 15 – 20. Kalisch.

Wladislaus, Herzog des Reichs Polen etc., verspricht dem Kloster Lad fortan nicht mehr ~~mit~~ zu Frohndiensten auf den herzoglichen Gütern heranzuziehen.

XXXVIII.

Notum sit universis presentibus et futuris quod nos Wladislaus dei gratia dux regni Polonie, Pomeranie, Cujavie, Lancicie ac Siradie presentibus protestamur labores nobis per fratres domus Lendensis ordinis Cisterciensis exhibitos in allodiis nostris videlicet arando agros nostros non de iure ab ipsis repetivimus sed ob amorem nostre petitionis hoc fecerunt et in futurum ipsos ad talia de iure nolumus obligari, quare presentem literam ipsis dedimus nostro sigillo sigillatam. Datum et actum in Kalis infra octavas sancte trinitatis anno domini M°. CC°. nonagesimo nono.

cop. ac coll.
9/12 82 P.



[Perlbach] 10 45.

Wladislaus dux regni Polonie 1299 Jun. 25, in Gnezna; Kölner Cop. fol. 22b n. 45. -129-

1299. Juni 25. Gnesen.

Wladislaw, Herzog des Reiches Polen etc., weist die Forderungen des Unterjägers Stanislaus von Lad an das Kloster Lad ab.

Privilegium contra subvenatores.

In nomine domini amen. Omnia que testibus et litteris roborantur eternali memorie commendantur. Inde est quod nos Wladislaus dei gratia dux regni Polonie Pomeranie Cuyavie Lancicie ac Syradie omnibus presentibus et futuris tenore presencium declaramus, quod orta causa inter abbatem et consentum domus Lendensis ordinis Cisterciensis ex una parte et Stanislaum subvenatorem Lendensem ex alia super eo, quod idem Stanislaus se quedam iura in villis eorumdem fratrum racione sui officii dicebat habere, qua causa coram nobis et nostris baronibus diversimode agitata tandem per adiudicacionem et sententiam comitis Sandiuoii iudicis Gneznensis prenominatus comes Stanislaus remotus fuit ab impeticione quam faciebat contra predictos fratres. Nos vero respicientes veritatem cause, et invenimus predictos fratres et eorum hereditates ad exhibenda alique iura subvenatoribus non teneri, ipsos et omnia ipsorum bona ab impeticione eiusdem Stanislai et omnium subvenatorum, qui ei in futuro successerint, iurisdicione absolvimus in eternum. In cuius rei evidentiam presens privilegium ipsis dedimus nostro sigillo sigillatum. Acta sunt hec in Gnezna presentibus hiis testibus comite Nicolao Iancoviez palatino, comite Roscone venatore Kalisiensibus, Sandiuoio iudice Gneznensi, Iancone procuratore Poznaniensi et aliis quam pluribus fidedignis. Datum ibidem in Gnezdna in crastino beati Iohannis baptiste per manus Dominici notarii nostre curie sub anno gratie domini M° CC°. nonogesimo nono.

Cop. A coll.
10.XII.83 P.

[Perlbach]

11 46.

-130-

Kölner Cop. fol. 29a n. 62.

Nicolaus dux, capitan. regni Polonie [1301] Juni 5. ~~Pyzdry~~ Pisdra; protestatur monasterium Lad a quibusvis iuribus polonicalibus esse liberum.

~~Nicolaus, Herzog von Troppau, Hauptmann des Reiches Polen, beurkundet, dass der Abt von Lad vor ihm die Freiheit seines Klosters von Opole, Vicinia und Sokol erwiesen habe.~~

Copia privilegii XI primi.

N[icolaus] dei gratia dux capitaneus regni Polonie universis palatinis, castellanis, iudicibus et subiudicibus per Poloniam constitutis vel eorum vicem gerentibus dilectionis sue plenitudinem cum salute. Universitati vestre tenore presencium protestamur, quod, cum essemus in Pisdra[1], unacum baronibus terre diversa negocia questionibus iudiciariis terminantes dominus abbas Lendensis a quibusdam pro opole[a] (!), vicinia et sokole accitus, comite Nicolao palatino Kalisiensi, comite Boguslao iudice Polonie aliisque quam pluribus coram nobis iudicia exercentibus idem dominus abbas privilegium iuris sui antiquitate ac omni robore autenticum coram nobis ostendens optinuit iusticia mediante ab omni servitute iurium Polonicorum liberum se decretum. Volumus igitur ut de cetero domus Lendensis ac homines eius a quoquam super aliquibus iuribus Polonicalibus, quibuscunque censeantur nominibus, a quibus exempti sunt, aliqua calumpnia minime subpeditentur. Datum Pisdra Nonas Junii.

a) apole K.

cop. et coll. [illegible] P.

1) Am 8. Mai und 6. Juni 1301 war Herzog Nicolaus von Troppau, der böhmische Hauptmann von Polen in Pyzdry, Cod. Maj. Pol. II n. 838, 839, 840.

1301.

Bonifacius pp. VIII. episcopo Cracoviensi mandat, ut Nicolao episcopo Ostiensi et Velletrensi, apostolicae sedis legato, assistat.

Bonifacius episcopus [servus servorum Dei]. Venerabili fratri .. episcopo Cracouiensi salutem [et apostolicam benedictionem]. Debent episcopi et ecclesiarum pastores bonum imitari pastorem, qui campum nostre mortalitatis ingrediens, pacem per angelos bone voluntatis hominibus nuntiavit, eamque discipulis suis predicandam indixit, et discedens ab ipsis illam eis in ultima quasi voluntate reliquit. Nec immerito igitur in graviorem turbationem adducimur, cum prelati ecclesiarum in populis, quos dulcedine pacis sollicita cura lactare ac refovere tenentur, dissidia seminant, guerras excitant, scandala nutriunt et procurant, ex quibus fides Christiana corrumpitur et corrupta minorationis dispendia patitur, ac heresis et paganismus excrescunt, pereunt anime, corpora laniantur et bona dantur in predam ac illicitis usibus consumuntur. Cum igitur Ungarie regnum preclarum abolim, quod fidelitatis titulo ac prosperitatis essentia refulgebat, nunc multipliciter esse noscatur ex prelatorum etiam subversione prohdolor dissipatum, nosque pro reformatione ipsius regni venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Ostiensem et Velletrensem episcopum, apostolice sedis legatum, ad partes illas cum plene legationis officio duxerimus destinandum, fraternitatem tuam monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatenus eidem legato ad huiusmodi reformationem regni predicti, ac pacem et concordiam stabiliendum in ipso assistas humiliter et reverenter intendas, ac in hiis, que sibi commisimus, oportunum favorem, consilium et auxilium efficaciter exhibere procures, abstinendo prorsus ab omnibus, per que pax et tranquillitas status dicti regni et que predicto legato commisimus, possent quomodolibet impediri, sicut Dei et nostram gratiam caram habes, ac turbationem desideras evitare: pro certo tenens, quodsi quod absit, secus feceris, non transibit impune, sed in status tui periculum redundabit. Datum Laterani VI. Idus Novembris, [pontificatus nostri] anno septimo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859, tomus I, N. 624, str. 390.

h

[Perlbach] 12 49

Köln. Cop. fol. 35ᵃ. n. 75.

Com. Zymanus her. de Misliborzy 1302/ s. d. et l.;

Graf Zymanus Erbe von Misliborzy verkauft dem Jula die Scholtisei seines Dorfes Slugoczyn und bestimmt die Rechte des Schultheißen.

Slugoczyno.

In nomine domini amen. Noverint universi tam presentes quam futuri hanc litteram inspecturi, quod ego comes Zymanus heres de Misliborzy volens meliorare hereditatem in Slugoczyno de consensu domini Zyslaij, qui erat plebanus in Lenda, vendidi sculteciam in Slugoczyno dicto Jula sibi et suis posteris sub tali condicione, ut racione locacionis habeant sextum et septimum mansum liberum et tercium denarium de qualibet re iudicata, ut ipse scultetus posse habeat in tercio denario recipiendi vel procurandi(s). Item habeat predictus scultetus et sui posteres(!) in predicta hereditate liberam tabernam, pistrinum et macellum carnium, sutoriam et fabricam, ita quod nulla taberna sit in hereditate predicta nisi sculteti et predictus comes sibi excepit ortum circa Wartam in predicta hereditate pro utilitatibus suis. Finita libertate kmethones habebunt nobis et nostris successoribus solvere de quolibet manso quinque mensuras anone et quinque avene et duas tritici et sex grossos censuales; illum censum deducere tenebuntur kmethones in granarium predicti comitis in Misleborzy. Item villani tenebuntur ter in anno arare et censum in festo Martini complere. Item nobis ad expedicionem euntibus kmethones nobis tenebuntur dare currum cum duobus equis et famulum unum cum curru et currum debent onerare cum perna et cum sex grossis. Item piscator predicti comitis habet piscare et antecedere cum rethe quod dicitur mresza et post hec piscator sculteti piscabit. Item comes habet excipere utilitatem piscandi per quod dicitur ias et post hec scultetus. Item in pascha debent kmethones comiti dare de tribus mansis duas scapulas. Item predictus scultetus et sui posteres(!) in predicta hereditate molendinum liberum habebunt et quartum castrum quod dicitur bobro et scultetus habebit prata quod dicuntur Kanthy et ultra sepem quod dicitur ostroph. In cuius rei testimonium testis primus Jo-

hannes Ogorsala, comes Bogumylus, comes Mathias dictus Pasnyt et alii quam plurimi comites fide digni. Acta sunt sub anno domini M°. CCC°. secundo.

Item cum predictus comes ad expedicionem ivit ad partes alienas, tunc predictus scultetus in expensis comitis cum eo est transiturus. Item ~~cum~~ tria iudicia fiunt in anno in predicta hereditate, villani tenebuntur satisfacere pro duobus iudiciis pro quolibet prandio tres grossos et scultetus similiter pro tercio prandio habet satisfacere.

Cop. et coll.
10. XII. 82. P.

Bonifacius pp. VIII. Venceslao regi Bohemiae mandat, ne titulo regis Poloniae utatur.

Bonifacius episcopus [servus servorum Dei]. Carissimo in Christo filio W. regi Boemie illustri salutem [et apostolicam benedictionem] ....+) Ad hec ignorare te nolumus, quod cum in predictis tuis litteris te regem non solum Boemie, sed etiam Polonie duxeris describendum, causa nobis exinde magne turbationis advenit, dum auctoritate propria, quinimmo temeritate non modica, non vocatus a domino tanquam Aaron, sed apostolica sede matre omnium et magistra contempta, ad quam provincie Polonie pertinere noscuntur, regium in ipsa Polonia nomen usurpas, te regem Polonie nominando. In que autem crimina assumptio falsa regie dignitatis, immo et simplicis magistratus, ac seditio et commissio violentie cum armis incidant, quibus subiciendi sint penis talium patratores, non est opus exprimere, quia id nota et vetustissima decreta sanxerunt. Ne igitur in te tante temeritatis audaciam in tue salutis dispendium prefate sedis iniuriam et plurimorum scandalum absque dubitatione presumptam, dissimulare quodammodo videamur, magnificentie tue per apostolica scripta sub spiritualibus et temporalibus penis, quas si contrarium feceris, tibi volemus inferre, districtius prohibemus, ne te ulterius regem Poloniae nomines, sigillum regium sub intitulatione Polonie regni assumas vel utaris assumpto, neque privilegia, immunitates, feuda, donationes, bona et iura quecumque in ipsa Polonia vel aliqua eius parte concedas, aut tamquam rex Polonie quicquam agas. Nos enim tibi paratos offerimus ad manutenendum et conservandum iura, si qua in ipsa Polonia ostenderis tibi competere legitime coram nobis. Datum Anagnie IV. Idus Iunii, pontificatus nostri anno octavo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 628, str. 392. – Boczek: Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae, Tomus V, Brunae 1850, N. 135, str. 139.

+) Opuszczony tu ustęp pierwszy listu papieskiego dotyczy roszczeń syna Wacławowego do korony węgierskiej.

[Kuraś: Zbiór dokumentów małopolskich. Cz. I. Wrocław 1962, s. 21-22]

1304. [16. IV, apud Cracoviam.]

In nomine domini amen. ad perpetuam rei memoriam Nos Joannes Dei Gratia Episcopus Cracouiensis protestamur publice per praesentes, quod dominus Voislaus Voiter, quod dominus Voislaus Voitslai dicti Wierich in praesentia nostra personaliter constitutus cum domino Abbate Thibaldo de Czyzyc ordinis Cisterciensis est ... publice confessus dicto Abbati et conuentui villam Curdwanow cum omni iure et dominio restituisse pro triginta trinio ... bus marcis argenti puri, quae haereditas tenebatur ex obligatione et pecuniam recepisse et latam tulisse, cedens de possessione corporali et proprietate et resignans ~~dicto~~ eidem abbati nomine sui monasterii per pileum suum quem praefatus Abbas de manibus nostris recepit in signum dominii et possessionis, promittens dicto Abbati et suo conuentui super dicto Curdwanow, nec per se nec per alios, ullo tempore litem vel controuersiam mouere, nec mouenti consentire, sed omne impedimentum damnis suis et expensis sub poena dupli dictae

totaus.

pecuniae removere. Nihilominus volens dictam restitutionem ratam et firmam in suo semper et perpetuo robore permanere in cuius rei testimonium praesentibus nostrum sigillum petiit apponi suum proprium apponendo. Actum apud Cracoviam anno domini ~~130~~ M.CCC.IV. 16 Kalendas Maii praesentibus dominis Sderslao scholastico Wislicensis ecclesiae, Rotnero et Vygando Civibus Cracoviensibus, Nicolao Capellano de Srenavia et aliis quam plurimis fide dignis.

Verb.-Vermerk 57. 1306 13. März
nr. 645a (1470)

Nicolaus abbas in Moghilno 1306 Mart. 13, s. l.;
61
-135-

vdl. K.H.

Kloster Land, Or. Pgm. in 2 Ex. des Abts und Convents. angehängt

A. d. Rückseite saec. 16: Nro. 12. N.

In nomine domini amen. Quomodo de anno domini M° CCCC septuagesimo nos Mathias divina paciencia (!) Johannes prior Andreas custos monasterii Moghilnensis a) ~~monasterii Moghilnensis~~ inclinati precibus domini abbatis Lodvik de Landa et eius conventui (!) iussimus presens privilegium ratificari, cuius tenor sequitur in hec verba: Honorabili viro domino Szwencz palatino Pomoranie (!) frater Nicolaus abbas in Moghilno ordinis sancti Benedicti cum devotis oracionibus quidquid poterit servicii et honoris, honestati vestre volumus esse notum quod exigente necessitate propter diversas tribulaciones domus nostre cum voluntate unanimi et consensu conventus nostri vendidimus domino Conrado abbati Landensi et suo conventui duas hereditates videlicet Trampko et Cosminino pro quadam summa denariorum qui in usus sunt nostre ecclesie convertendi. Quapropter discrecionem vestram affectuose rogamus, quatenus factum

a) monasterii Moghilnensis wiederholt.

nostrum ratum habere dignemini et hereditates predictas domini Landensi mediante nostro nunčio et čapellano fratre Gregorio latore presenčium, quem ločo nostri mittimus, pro hereditario possessione resignari et proč̌lamari fačiatis et nichilominus investiri, sčientes quod apud nos oračionibus et serviciis volumus promereri. In čuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro ~~ac~~ nostri čonventus reddimus čommunitam. Datam anno domini M°CČČ° sexto dominiča qua letare čantatur.

1306. [14. III.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 193.]

In nomine Domini amen. Quoniam facta hominum per decur-
sum temporis in oblivionem faciliter dilabuntur, nisi scripture testi-
monio vel testium adminiculo fuerint memorie commendata, ea-
propter nos Premyslius dei gracia dux Cuiavie et dominus Vladisla-
vie notum facimus universis et singulis, presentes literas inspecturis,
quod constitutis in nostra presencia Trinlao et Hebda de Sluzow
militibus nostris et fratre Gerardo procuratore seu syndico religio-
sorum virorum, fratrum Bertoldi abbatis et conventus ac monasterij
de Byssovia ordinis Cisterciensis, prefati Trinlaus et Hebda ipso-
rum et omnium heredum ac successorum suorum nomine, ac eciam
quibus aliquod iuris competere poterat, villam heredit. atem seu possessio-
nem suam, que Cietrzewiec vulgariter nuncupatur, iacentem in ter-
ritorio Wissegrodensi, cum sorte sive hereditate adiacente ibidem,
que Telitowo vocatur, memoratis abbati et conventui ac monasterio
vendiderunt, tradiderunt ac resignaverunt pro centum marcis dena-
riorum monete Thorunensis, volentes, quod villa, hereditas seu pos-
sessio ac sors predicta cum omnibus iuribus, utilitatibus et pertinen-
cijs suis, prout in suis metis seu terminis circumferencialiter distincte
sunt, ad dictos abbatem, conventum et monasterium pertineant per-
petuo pleno iure, et quod ipsi abbas, conventus et monasterium villam
seu hereditatem ac sortem vel hereditates easdem iure hereditario
et proprietatis amodo tenere, possidere debeant et habere; nobisque
supplicarunt Trinlaus et Hebda milites prefati, quatenus abbati,
conventui ac monasterio predictis possessiones et hereditates memora-
tas dignaremur cum omni iure ac iurisdiccione ducali conferre

ac ipsorum vendicionem gratam, ratam habentes, scripture patrocinio confirmare. Nos igitur eorundem Tmislai et Hebde vendicionem et dictorum abbatis et conventus empcionem gratas habentes et ratas, eas tenore presencium confirmamus, concedentes eidem abbati et conventui de gracia speciali, quod villam seu hereditatem ac sortem predictam iure Theutonico ac Magdeburgensi vel alio quocumque locare possint et quod inhabitatores ville seu hereditatis ac sortis ipsarum et allodiorum, si quos dicti abbas et conventus in agris earundem villarum locaverint, dictum ius Theutonicum habeant et ipso gaudeant et utantur, et quod ipsos noster provincialis advocatus aut alius iudex non debeat iudicare, sed abbas vel cui ipse commiserit vices suas. Concedimus eciam predictis fratribus, ut ipsas hereditates ordinent secundum suam utilitatem, tam sub terra, quam super terram, in agris, sylvis, pratis, pascuis, aquis, mellificiis, piscacionibus, venacionibus et cum aliis pertinenciis suis, item quod coloni manentes in eisdem bonis plenaria gaudeant libertate, videlicet a przewod, a podwolowe, a podworowe, a powoz, a wywoz, a naraz, a wymet, a nastawa, a wesnica, a mostne, a poradlne, a stroza, a bove, a vacca, a porco et ab aliis omnibus servitutibus Polonicalibus, solucionibus et exaccionibus, quocumque vocabulo censeantur, liberi sint penitus et immunes. Ut autem gaudeant omnimoda libertate, volumus sepedictas hereditates cum omni iure, iurisdiccione ac iudiciis quibuscumque in omnibus omnino locis dictarum hereditatum, nec non in viis publicis et privatis plene et integraliter cum dominio nostri ducatus perpetuo possidere. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et sigilli nostri appensione mandavimus roborari. Actum et datum Wladislavie in castro nostro Idibus Marcii anno Domini millesimo trecentesimo sexto. Presentibus dominis: Iaroslao de Bydgostia, Iohanne de Wissegrod castellanis, Petro Manchosi, Theodorico de Turan civibus Vladislaviensibus, Michaele de Tuczno et M. Petro de Gniewkowia plebanis, capellanis nostris et aliis multis nobilibus fidedignis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 261 (Archiwum rządowe w Poznaniu).

1306. [27.V.]

[Dok. Kuj. Maz., nr. 65, s. 132.]

Nos Chebda castellanus Crusviciensis et Imslaus castellanus de Michalow presentibus publice protestamur, quod in Thorun in domo Alberti de Memela pro hereditate nostra Cecrzenez vulgariter dicta, quam fratribus ordinis Cisterciensis vendidimus de Bisthovia, summam C marcarum ex integro recepimus a fratribus prelibati domus, qui nobis eandem pecuniam coram prefato Alberto et Iohanne Pape et Iohanne de Balga et Nicolao Magno et fratre suo Mathia et Henrico dicto Rockindorph et aliis pluribus fidedignis totaliter persolverunt. In cuius rei testimonium presentem literam nostris et eciam istorum suprascriptorum civium sigillis fecimus consignari. Actum et datum loco supradicto, anno domini M°CCC°VI, proxima sexta feria post Penthecosten.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 41) opatrzony jest sześciu pieczęciami ze zwykłego wosku, zawieszonemi na paskach pargaminowych. Pierwsza wyobraża w tarczy herb Pomian, napis otokowy zniszczony; druga wyobraża niby herb Świerczek, napis otokowy zniszczony; trzecia wyobraża znak [znak], napis otokowy nieczytelny; czwarta wyobraża popiersie z dwoma sześciopromiennemi gwiazdkami nad głową, napis: ✠ S' IOHANNIS DICTI PAPE; piąta wyobraża znak [znak], napis uszkodzony: ✠ S' IOHA........ OCI; szósta wreszcie wyobraża w tarczy jakby trzy ramiona, jedno nad drugiem, każde z gwiazdką. Na-

pis ołówkowy:

In nomine Domini amen. Deperire possunt contractus hominum, nisi littera, que est secunda memoria, perhennentur et robur accipiant aminiculo sigillorum. Ad noticiam igitur peruenire cupimus vniuersorum, ad quos presens pagina fuerit deuoluta, quod nos Gotschalcus miles, dictus de Jana, vna cum vxore nostra ac liberis nostris, videlicet Michahele, Jacobo, Nicolao et Stephano, ob honorem ac reuerenciam gloriose semper virginis dei genitricis Marie, nostrorumque peccaminum remissionem et progenitorum nostrorum, in remedium quoque anime dilectissimi fratris nostri Johannis, viris religiosis ac deuotis, domino Bertoldo abbati et conuentui de Byssouia in Cuiauia, ordinis Cysterciensis, Wladizlauiensis dyocesis, duas hereditates nostras, videlicet Magnum Woysino et Paruum uulgariter nuncupatas, prout suis limitibus sunt distincte, cum omnibus utilitatibus ac fructibus, quocumque nomine censeantur, que nunc sunt uel fieri poterunt in futurum, necnon et cum omni iure, quod in predictis hereditatibus siue bonis habuimus uel habere potuimus, sicut ab illustribus principibus ducibus Cuiauie nostri progenitores possederunt, per presentes et in presentibus coram viris religiosis, scilicet dominis abbatibus Rudigero de Oliua et Gotfrido de Polplin et domino Johanne commendatore de Lubessow resignauimus de mera et libera uoluntate, quemadmodum per literas nostras coram inclitis principibus ac dominis

nostris, domino Premizil et domino Kasimiro, ducibus Cuia-
vie resignavimus, quos corporaliter et ~~presencialiter~~ perso-
naliter adire nequivimus propter impedimenta varia et
pericula tam corporum quam rerum, in prefatos abbatem
et conventum omne ius ac iurisdicionem, quam in dictis he-
reditatibus habuimus vel habere potuimus, transferentes cum
alacritate liberalitatis, quia *) prelibati abbas et conventus, cum
predicta resignacio ageretur, in quadraginta marcis usualis
monete nostram conspicientes necessitatem, qua tunc premeba-
mur, oportune nobis et utiliter subvenere. Ne autem inposterum
futuris alicuius dubietatis relinquatur occasio, presentes scribi
et sigillorum venerabilium ac religiosorum virorum, domino-
rum abbatum supramemoratorum ac commendatoris et nostri
rogavimus et procuravimus munimine communiri. Datum
anno Incarnacionis eiusdem M° CCC° septimo, indictione
quinta.

*) Cf.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum ~~pa~~
rządowem w Poznaniu (A. Koronowo N. 46), opatrzony
był pierwotnie czterema pieczęciami ze zwykłego wosku,
zawieszonemi na paskach pargaminowych. Z tych pier-
wszej, podługowatej, widocznie opackiej, pozostał tylko dolny
ułamek z cząstką napisu B.. TIS DE. Druga podługowata,
wyobraża opata w stojącej postawie, z pastorałem w prawej,
księgę na piersiach w lewej. Napis otokowy: ..ABBATIS DE
NOVO DOBERAN. Trzecia okrągła wyobraża czarę kościelną,
szeroką a niską; na niej głowa, po prawej głowy krzyż, po lewej
sześciopromienna gwiazda. Napis otokowy niewyraźny, może:
✠ S FRIS IOANNIS DE GLOGOV. Czwarta pieczęć odpadła.

1307. [31. III.]

[Kod. Pol. t. 1, nr. 102.]

In nomine Domini amen. Quoniam facta hominum in obliuionem faciliter labi solent, nisi scripture testimonio vel testium amminiculo fuerint memorie commendata, ideo nos Lestko et Premislius Dei gracia duces Cuyauie et domini Wladislauie volentes, ut rei geste coram nobis certa in posterum memoria habeatur, notum facimus vniuersis, presentes literas inspecturis, quod constitutis in nostra presencia Vlodimiro de Logow, filio quondam Jaroslai palatini, et fratre Johanne priore monasterij de Byssouia, ordinis Cysterciensis syndico yconomo seu procuratore eiusdem monasterij, ipse Vlodimirus suo et omnium heredum suorum nomine eidem priori, abbati et conuentui ac monasterio Byssouiensi predicto, hereditatem, villam seu possessionem suam, ad quam nullus ius habere dinoscitur, nisi predictus Vlodimirus, que hereditas Vitelno wlgariter nuncupatur, iacentem in districtu Bydgoscensi, vendidit, tradidit et resignauit pro centum viginti marcis denariorum et monete Thorunensis, volens, quod predicti abbas, prior, conuentus et monasterium eandem hereditatem cum omni proprietatis et dominij iure ac omnibus vtilitatibus, vsibus, fructibus, pascuis, mellificijs, nemoribus, virgultis, paludibus, aquis et pratis adiacentibus, que wlgariter Zche nominantur, et quibuslibet alijs pertinencijs suis infra terminos dicte hereditatis contentis, iure heredi-

tario habere et tenere debeant ac perpetuo possidere, adi-
ciendo specialiter, quod nullus umquam consanguineo-
rum, heredum ac successorum eiusdem Vlodimiri ipsam
hereditatem possit redimere, liberare aut emere, quia
nullum ius in hereditate dicta eis competit. Nos igitur
ipsorum Vlodimiri vendicionem et abbatis, prioris ac
conventus empcionem ratas et gratas habentes, eas tenore
presencium approbamus. Ad quam hereditatem, videlicet
Vitebno sors seu hereditas, que Snymcze vocatur, antiqui-
tus pertinebat, dicti abbas et conventus iam ante annos
aliquos, videlicet anno Domini M°. CCC°. secundo, sexto
Kalendas Septembris simili tytulo empcionis de nostra cer-
ta sciencia et benivolencia sibi ac suo monasterio pro tri-
ginta marcis usualis monete comparavit a Vlodimiro pre-
dicto et ab avia sua, qui ad hanc sortem seu hereditatem
videlicet Snymcze ius habere dinoscebantur, et nullus alius,
licet quidam Boguslaus dictus de Nyvescino, consangui-
neus eiusdem Vlodimiri, diceret se ius habere in eadem
sorte seu hereditate Snymcze, tamen bona voluntate sua
cessit suo et heredum suorum ac ceterorum amicorum suo-
rum nomine, a sorte seu hereditate predicta, videlicet Snym-
cze renuncians omni iuri et inpeticioni, quo nunc et in
posterum frui posset, resignans et assignans cum omnibus
utilitatibus et proventibus coram nobis una cum Vlodimiro
sepedicto et cum avia sua abbati et conventui supradictis,
quod in presentibus profitemur. Et ad prelibatorum abbatis
et conventus devotam peticionem, predicte sortis sive here-
ditatis, que Snymcze dicitur, empcionem et vendicionem
hiis scriptis duximus inserendas. Damus eciam eis omnem

libertatem in bonis memoratis, ita, ut ab omnibus laboribus, exaccionibus, solucionibus, seruicijs, vecturis, araturis, a prevod, a poůorove, a podůorouc, a povoz, a wiuoz, a naraz, a vimet, a nastaua, a vesnica, a mostne, a poradlne, a stroza, a boue, a vacca, a porco et ab alijs vniuersis grauaminibus, quocumque nomine censeantur, cum hominibus eorum, in predictis bonis residentibus, exempti sint penitus et inmunes; omne autem ius eisdem abbati et conuentui monasterij sepedicti conferimus in bonis prenotatis, quod nobis competit vel competere in eis videbatur iure proprietatis ac pleno nostro dominio possidendum. In cuius rei testimonium presentes literas nostrorum sigillorum munimine mandauimus roborari. Datum et actum Wladislauie in castro nostro, pridie Kalendas Aprilis, anno Domini M°. CCC° septimo. Presentibus hijs dominis: Iohanne castellano Wisegradensi, Buziuoio iudice, Mathia subpincerna, Petro subdapifero, Mychaele Wenczeslobila, Woycechone dicto Zugel, militibus et seruitoribus nostris.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 43), opatrzony był pierwotnie dwiema pieczęciami. Z tych pierwsza, zawieszona na sznurku z pąsowego jedwabiu, oderwana; druga uwieszona na sznurku z pąsowego i blado różowego jedwabiu, w zwykłym wyciśnięta wosku, pięknie dochowana, jest wielka pieczęć piesza Przemysła księcia Kujawskiego.

141

1307. [27.VII.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 189.]

In nomine Domini amen. Facta hominum consuevit oblivio abolere, nisi scripture testimonio vel testium adminiculo fuerint memorie commendata. Eapropter nos Premislius et Kasimirus Dei gracia duces Cuiavie et domini Wladislavie ac terre Wisse-grodensis, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, quod religiosis viris, fratribus Bertholdo abbati et conventui ac monasterio Byschoviensi, ordinis Cysterciensis, Wladislaviensis diocesis, cum matura deliberacione hereditates, villas seu possessiones nostras, Wozino maius et Wozino minus, iacentes in districtu predicte terre Wisegrodensis, vendidimus, tradidimus et resignavimus pro centum et decem marcis denariorum et monete Thoruniensis, volentes, ut predicti abbas, conventus et monasterium easdem hereditates, villas seu possessiones cum omni iure ducatus, sicut nos easdem tenebamus, videlicet agris, nemoribus, mellificijs, pratis, aquis, molendinis, lacubus, piscacionibus, venacionibus et omnibus ac singulis alijs fructibus, utilitatibus et pertinencijs suis, prout ipse hereditates, ville seu possessiones in suis metis seu terminis circumferencialiter antiquitus sunt distincte, habere, tenere debeant ac iure hereditario perpetuo libere possidere. Adicimus insuper, quod easdem hereditates, villas seu possessiones locare possint iure Theothonico Maydeburgensi, et quod homines, qui in eisdem villis locabuntur, non possint citari ad presenciam nostram nec iudicari coram nobis aut iudicibus nostris,

sed coram predicto abbate aut successore eius vel vicario ipsorum in omnibus causis magnis et paruis, ciuilibus, criminalibus et pecuniarijs citabuntur et iudicabuntur iure suo Maydeburgensi supradicto, tollentque ipsi abbas vel eius vicarius omnia et singula, que de iudicijs in penis pecuniarijs poterunt euenire. Item eosdem homines ab omnibus expedicionibus, edificacione castrorum, ciuitatum et poncium, sollicionibus, collectis, exactionibus, peticionibus, vecturis, angarijs, perangarijs et quibuslibet alijs seruicijs iuris Polonici et Theothonici, quocumque nomine censeantur, facimus liberos et esse volumus perpetuo absolutos. Promittimus insuper eidem abbati et conuentui ex pacto speciali pro nobis et nostris successoribus, quod ipsas hereditates, villas seu possessiones numquam redimere aut liberare possimus aliqua pecunia, ~~speciali pro nobis et nostris successoribus, quod~~ sed ipsi easdem debeant perpetuo, prout premissum est libere possidere. In quorum omnium testimonium et robur perpetuum, presentes literas sigillorum nostrorum appensione mandauimus roborari. Actum Wladislauie in castro nostro, VI Kal. Augusti, anno Domini M°. CCC°. septimo. Presentibus dominiis: Barthosio Wladislauiensi, Iohanne Wisegrodensi, Andrea de Slonsco castellanis, Buduuogio iudice, Vneslao subcamerario et Michaele Wensicobyla militibus et seruitoribus nostris. Datum per manum magistri Petri plebani de Gneuconia capellani et subcancellarij curie nostre.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 44) opatrzony jest dwiema dużemi pieczęciami, wiszącemi ze zwykłego wosku,

dość dobrze dochowanemi, zawieszonemi na sznurkach z różowego i białego jedwabiu. Są to duże pieczęcie herbowe Przemysła i Kazimierza książąt kujawskich.

Jest i drugi oryginał tego dokumentu w temże archiwum (Koronowo N. 45), opatrzony tak samo dwiema pieczęciami powyższych książąt, znacznie uszkodzonemi.

Perlb. Onrel. nr. 664

Notum sit omnibus, tam presentibus, quam futuris, ad quos devenerit presens scriptum, quod nos Stanislaus de Gansche, quondam palatinus in Srecz, vna cum comite Hugone fratre nostro in Byssouia constituti, pro gadibus seu limitacionibus inter Transchaz et Gansche, hereditate nostra factas in presencia Michaelis cancellarij et Wenceslaij camerarij, qui ex commissione illustris principis Premislij ducis Cujauie et domini Vladislauie dictas limitaciones, quas venerabilis pater Bertoldus, prelibate domus abbas, vnacum Gerlaco priore, Iohanne cellerario, fratribus suis obtinuit juramento, statuerunt inviolabiliter obseruari. Nos igitur dictas gades beniuolo animo fideliter approbantes, proque remedio anime nostre nostrorumque progenitorum, si quid juris habere videbamur in dictis gadibus, ob reuerenciam gloriose virginis Marie sepedicte domui obtulimus perpetue possidendum. In cuius rei testimonium presentem literam sigillo nostro fratrisque nostri Hugonis et comitis Pauli castellani Srecensis duximus roborandam. Acta sunt hec in Byssouia anno Domini M°CCC° VIII°, XV° kal. Decembris. Presentibus hiis videlicet: comite Vilislao et filio eius Wircoslao, necnon comite Vbislao et domino Iohanne capellano de Serozk.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N.47), opatrzony był pier-

/.

wolnie trzema pieczęciami ze zwykłego wosku, na paskach parga-
minowych zawieszonemi, z których tylko dwie pierwsze pozostały.
Pierwsza okrągła wyobraża łotwicę morską czteroramienną. Napis
otokowy zniszczony: . . HVGO . . . PEG . . . . . Druga z ró-
wnież okrągła, wyobraża również łotwicę morską czteroramienną,
w tem jednak odmienioną, że jedno ramię zamiast zębca łotwi-
cznego, zakończone jest krzyżem. Napis otokowy uszkodzony:
✠ S . . . NISLAI PALLATINI D SVEQ .

1309.

Perlb. Pomerel. nr. 669

Roborari seu perpetuari debet solempnis actio, ne periri valeat prolixi temporis interuallo. Nos igitur Adam comes, filius Pauli, quondam palatinus existens in Tirecz, constare cupimus, tam presentibus, quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod ob remedium anime nostre progenitorumque nostrorum, limitaciones seu gades, inter Transchaz et Gansche factas, a fratribus de Byschoua et fratre nostro Stanislao in presencia Michaelis cancellarij et Wenceslay camerarij illustris principis Premislij ducis Cujauie, que gades se extendunt versus Gansche ultra aquam, que Cholschanza wlgariter appellatur, fideliter approbamus, et si quid juris in sorte illa habere videbamur, bono animo prelibate domui ob reuerenciam gloriose virginis Marie offerimus, iure hereditario perpetue possidendum. In cuius rei testimonium presentem cartam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum in Byssoua anno domini M°CCC°VIIII°, in die beati Mathie apostoli.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 48), opatrzony jest jedną pieczęcią trójboczną ze zwykłego wosku, zawieszoną na pasku pargaminowym, a wyobrażającą wywróconą dwuramienną kotwicę morską przekrzyżowaną. Napis otokowy uszkodzony . . . DEI·DEI· STREG (?).

1310. [18. XI.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 207.]

In nomine domini amen. Nos Premislus et Kasimirus Dei gracia duces Cuyavie et domini Wladislavie, cupientes eorum, que aguntur coram nobis, perpetuam haberi memoriam, vniuersorum, tam presencium, quam futurorum, quibus presentes legere contingerit vel audire, noticie declaramus, quod cum religiosus vir Bertoldus vna cum conuentu suo Byssouiensi, hereditatem quandam Tworzyno dictam, sitam in territorio Wyssegrodensi, a nobis emisent pro certa pecunie quantitate, et nobilis vir Gothsalcus dictus de Tanc, dictum abbatem et conuentum inpetere intenderet, asserens se ius habere aliquod hereditate in eadem, tandem ex inductu proborum virorum et precipue reuerendorum virorum Rodgeri abbatis de Olyua et Godefridi abbatis de Pelplyn ac eciam sua ad hoc voluntate accedente, cessit suo et heredum suorum nomine, videlicet Michaelis, Iacobi, Nycolai et Stephani ac ceterorum amicorum suorum ab hereditate predicta, renuncians omni iuri et omni inpeticioni, qua nunc et inposterum frui posset, resignans ipsam seu assignans cum omnibus vtilitatibus et prouentibus abbati et conuentui supradictis, supplicans nobis per literas suas studiose, acsi nostro conspectui personaliter assisteret, vt eandem suam resignacionem nostris literis ~~conservare deberemus~~ confirmare deberemus. Nos igitur precibus ipsius annuentes, profectui et commodo domus Byssouiensis intendere volentes, vt tenemur, donacionem huiusmodi ipsis factam, presentibus confirmamus. Et ne super eo

/ in posterum dubitetur, presentes conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Datum Wladislauie XIIII Kalendas Decembris, anno Domini M°. C°C°C° decimo. Presentibus hijs testibus: Iohanne Wisegrodensi, Iohanne castellano vltra Zhanthwas, Pribislao iudice Wisegrodensi, Iohanne subagazone et alijs pluribus fidedignis.

Dokument pargaminowy, znacznie zbutwiały, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 57). Pieczęci brak.

1311. [4. X.]

[Kod. Pol. t. 1, nr. 104.]

In nomine Domini amen. Prouide ac prudenter gesta mortalium quelibet disponuntur, dum id, quod agitur, scriptis et testibus autenticis roboratur. Eapropter nos Premislius et Kazimirus Dei gracia duces Cuyauie et domini Wladislauie Iuuenis, memoriam eorum, que aguntur coram nobis, haberi a posteris perpetuam cupientes, ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam volumus peruenire et presentibus publice protestamur, quod Iesco filius quondam Lupi de Lapidea ecclesia, vna cum coniuge sua domina Clara, in nostra nostrorumque baronum presencia constitutus, villam seu hereditatem quandam Samoczansco vlgari nomine nunccupatam, sitam in territorio Wisegrodensi, cum tribus lacubus, videlicet Zmeszhno, Scherne, Byale, que hereditas ad eandem coniugem suam racione dotis pertinebat, cum eiusdem sue coniugis bona voluntate et consensu, religiosis viris B. abbati et fratribus domus Byssouiensis, Cysterciensis ordinis, vendidit pro septuaginta marcis denariorum et resignauit hereditatem prefatam coram nobis dictis abbati et fratribus memoratis ac domuj eorum cum omnibus iuribus ac pertinencijs suis, secundum quod est in terminis seu gadibus suis antiquitus limitata, cum omnibus eciam ac singulis vtilitatibus et fructibus nunc repertis et in futurum reperiendis ibidem, agris, pratis, siluis, pascuis, aquis, lacubus, naulo, mellificijs, piscacioni-

bus, venacionibus, vniuersisque alijs utilitatibus et prouentibus, iure hereditario in perpetuum tenendam, habendam ac eciam possidendam. Nos igitur ipsorum Tescons vendicionem et abbatis ac conuentus empcionem in vniuersis et singulis gratas habentes et ratas, eas domino abbati et fratribus monasterij Bysouiensis cum omni iure ac iudicio nostro presentibus confirmamus. Eximimus eciam et liberos facimus incolas dicte ville ab omnibus seruicijs Polonicalibus: a prevod, a povoz, wiuoz, wineth, nastaua, vesnica, a naraz, a mostne, a poradlne, podvolove, a stroza, a boue, a vacca, a porco et ab vniuersis seruitutibus, quocumque nomine vocentur, siue secundum antiquas debeantur consuetudines, siue secundum nouas emerserint questiones, excepti sint penitus et absoluti. In cuius rei testimonium presentes dedimus fratribus supradictis, sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum Wladislauie, in die sancti Francisci confessoris, anno Domini M°. CCC°. XI°. Presentibus hijs testibus: comite Iohanne Wisegradensi, comite Iohanne Bessadi castellanis, Nycolao de Czybore vexillifero, Buziuogio iudice, Venczlao subcamerario, magistro Petro plebano de Gneucow, subcancellario curie nostre et alijs quamplurilbus fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 54), opatrzony był pierwotnie dwiema pieczęciami ze zwykłego wosku, zawieszonemi na sznurkach z pąsowego i zielonego jedwabiu. Z tych dochowała się tylko pierwsza, wielka pieczęć herbowa księcia Przemysła; po drugiej tylko kawał skorupy woskowej pozostał.

[Perlbach: Land] 13 53. -147

Fr. Nicolaus abbas etc. in Moghilna

1312, Jan~~uar~~ 6, v. L.;

Nos frater Nicolaus abbas totusque conventus in Moghilna ordinis sancti Benedicti Gneznensis diocesis notum esse volumus universis ad quos presens littera pervenerit, quod de voluntate nostra unanimi et consensu vendidimus domino Conrado abbati Landinensi et suis fratribus ordinis Cisterciensis duas hereditates nostras Trampko videlicet et Cosmino pro viginti marcis Thorunensium denariorum de quibus protestamur nobis esse ad integrum persolutum. Et ne aliquod dubium super hiis valeat suboriri, presen~~tem~~cium litterarum cum appensione nostrorum sigillorum fratribus de Landa porrigimus caucionem. Datum anno domini M°. CCC° duodecimo in epifania domini.

Transsumpt vom Abt Matthias von Mogilno, Johannes Prior, Andreas Custos v. Mogilno 1470. o. T. u. O. Kola, Lad N. 7.

57. 148

Fr. Carolus de Trewen magister gener. Ordin. C. M. Theuton. 1312 Mai. 22, in monast. Peplin;

[Kod. Pol. t. 2. nr. 473.]

In nomine domini, amen. Quoniam humani actus fluxu temporum, sicut experientia docuit, solent in nihilum redigi, idcirco necesse est legitimas actiones, quae memoria indigent, per scripti continentiam in notitiam transmitti posterorum, eapropter Nos Frater Carolus de Trewen Magister Generalis Hospitalis Sanctae Mariae Domus Theutonicae Jerosolimitani constare volumus universis tam praesentibus quam futuris: Quod Joannes dictus de Waldow una cum uxore sua Catharina et filijs suis Arnoldo et Petro, ac filiabus suis Helisabeth et Frutnik coram Fratre Ottone Commendatore de Zchoynze (sic), qui tunc extitit Vice-Provincialis in Culmenze in feudali judicio et coram scabinis ejusdem judicij, videlicet: Petro de Hezeleth, Joanne de Hemzoth, Tilone de Lissow, Nicolao de Orec, Joanne de Ligendorff, Conrado de Tyncznow, Herbordo Judice dicto de Sumervelt constitutus, villas seu haereditates Welin et

Glinki

Cor. Dipl. Pol. Nr. 473. (S. 643.)

Glinki vulgariter nuncupatas super fluvium, qui Dbra dicitur sitas, cum utroque littore dicti fluvij, nec non cum pratis, quae Lachowo appellantur, inter Sampolno et eundem fluvium Dbra iacentibus, et cum lacu qui Sczresyn dicitur et lacu Niestronno, et alijs lacubus in districtu dictarum haereditatum sitis, sylvis borris, nemoribus, mellificijs, molendinis, [pratis, rivulis, videlicet: Sompolna, Svechenicza et dimidio rivulo inter haereditates Srozk, Jasieniec et Glinki currente, usque ad lacum qui Lubechors dicitur, qui totus ab antiquo pertinet in Bissoviam, ac omnibus alijs] utilitatibus, quae in districtu dictarum haereditatum sunt vel esse poterunt in futurum, domino Bartoldo Abbati in Bissovia ac Fratribus ejus, successoribusque eorum pro trecentis marcis et quinta dimidia usualis monetae possidendas in perpetuum resignavit, abrenuntians omni juri una cum prae-

libatis

libatis filijs ac filiabus suis, nec non cum uxore sua, quod eum ex parte uxoris ejusdem contingit: [promittens, quod nullus unquam haeredum seu successorum aut consanguineorum suorum nominatas haereditates possint redimere, emere vel eliberare, quia nullum jus in dictis haereditatibus eis competit] fideliter se obligans adhuc, ut si quis dictos fratres [in] praenominatis villis de caetero impeteret, aut alicubi citaret, pro ipsis respondere, et dictas haereditates totaliter evincere compromittens. –

Nos igitur utriusque partis concordiam ratam et gratam habentes, in perpetuam memoriam, ac inviolabilem observantiam, praesentem hortam nostro sigillo et fratris Henrici Magni Commendatoris fecimus roborari. Datum et actum in Monasterio Peplin, Ordinis praedicti, coram laudabili viro domino Gotfrido Abbate Monasterij recitati; praesentibus fratribus nostris videlicet: Fratre Hen=

Erico

rico Commendatore in Olewa(sic), Fratre Gothardo, Fratre Rudolfo capellano nostro Fratre Henrico dicto Bobr et alijs quam pluribus fide dignis, anno domini M CCC XII, in crastino Sanctae Trinitatis.

1312.

[22.V.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 473.]

In nomine Domini amen. Quoniam humani actus fluxu temporis, sicut experiencia docuit, solent in nihilum redigi, idcirco necesse est, legitimas acciones, que memoria indigent, per scripti continenciam in noticiam transmitti posterorum. Eapropter nos Carolus de Treuiri, magister generalis hospitalis s. Marie, domus Theutonicorum Jerosolimitane, constare volumus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, quod Johannes dictus de Waldow vna cum vxore sua Katherina et filiis suis Arnoldo et Petro ac filiabus suis Elisabeth et Gertrude, coram fratre Ottone commendatore de Choynice, qui tunc exstitit viceprouincialis in Culma, in feudali iudicio et coram scabinis eiusdem iudicij, videlicet Petro de Hesalech, Johanne de Heusoltr, Tilone de Lisow, Nicolao de Otiek, Johanne de Lupendorf, Conrado de Kingimow, Hasborto iudice dicto de Tumerwelk, constitutus, villas seu hereditates Wiclow et Glinki vulgariter nuncupatas, super fluuium, qui Broda dicitur, sitas, cum vtroque littore dicti fluuij, necnon cum pratis, que Lachowo appellantur, inter Sampolna et eundem fluuium Broda iacentibus, et cum lacu, qui Strzyzyny dicitur, et cum lacu Niestronno, et aliis lacubus, in districtu dicte hereditatis sitis, syluis, boris, nemoribus, mellificiis, molendinis, pratis, virgultis, riuulis, videlicet Sampolna, Sirecznica et dimidio riuulo inter hereditates Jerock, Tarienec et Glinki currenti, vsque ad lacum, qui Libkorz dicitur, qui totus pertinet ab antiquo in Byssouiam, et omnibus aliis vtilitatibus, que in districtu dictarum hereditatum

./.

sunt vel esse poterunt in futurum, domino Bertholdo abbati in Byssouia ac fratribus eius, successoribusque eorum, pro CCCIV marcis et quinta dimidia usualis monete possidendas in perpetuum resignauit, abrenuncians omni iuri vna cum prelibatis filijs et filiabus suis, necnon cum vxore sua, quod eum ex parte vxoris eiusdem contingit; promittens, quod nullus vnquam heredum seu successorum vel consanguineorum suorum memoratas hereditates possit redimere, emere vel eliberare, quia nullum ius in dictis hereditatibus eis competit. Fideliter se obligans adhibere, vt si quis dictos fratres in prenominatis villis de cetero impeteret, aut alicubi citaret, pro ipsis respondere et dictas hereditates totaliter euincere compromittens. Nos igitur vtriusque partis concordiam gratam et ratam habentes, in perpetuam memoriam ac inuiolabiliter obseruandam, presentem chartam nostro sigillo et fratris Henrici magni commendatoris fecimus roborari. Datum et actum in monasterio Pölplinensi ordinis predicti, coram laudabili viro domino Gotfrido abbate monasterij recitati, presentibus hijs fratribus nostris, videlicet fratre Henrico magno commendatore prefato, fratre Henrico commendatore in Osowa, fratre Gotardo, fratre Rudolpho capellano nostro, fratre Henrico dicto Bohe et alijs quam plurimis fidedignis. Anno Domini MCCCXII. in crastino sanctissime Trinitatis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo str. 229 (Arch. rządowe w Poznaniu).

1314. [III.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 212.]

In nomine Domini amen. Excellencia nostre ingenuitatis exigit et requirit, ut illos prosequamur speciali prerogatiua gracie et honoris, qui se nobis seruicys multiplicibus multi- pliciter recommendant. Igitur nos Lestco et Premislius fratres et duces Cuyauie, necnon domini Wladislauie Dei gracia, in- tuentes fidelia seruicia Ymislai heredis de Slusow, que nobis hucusque impendit et paratus est impendere in futurum, here- ditatem suam Cestzrewitz wlgariter nuncupatam, tunc temporis restituimus et donauimus sibi et nulli alij de con- sanguineis ipsius in perpetuum possidendam ac libere, cum patrimonium nostrum reacquisiuimus, videlicet castrum Wissegrod et hereditates ad castrum iam dictum perti- nentes, quas sibi nostri usurpauerant inimici. Preterea pre- sentibus protestamur, quod idem Ymislaus prenotatam hereditatem domui et conuentui in Byssowia, ordinis Cys- terciensis, insinuacionis modo cum intencione resignandi et transferendi ius suum in conuentum ordinis prenotati, quod in dicta hereditate habuit, tradidit coram nobis, petens pro prefato conuentu, ut ~~se~~ uendicionem et empcionem pre- dictas confirmare iure nostri dominij dignaremur. Nos uero ad peticionem prenominati Ymislaj et ob reuerenciam or- dinis predicti, necnon eciam uolentes nostre saluti salu- briter prouidere, empcionem et vendicionem predictas de baronum nostrorum consilio confirmamus et ius, quod prefatus Ymislaus in pretaxata hereditate Cestzrewitz

habuit, in prenotatos abbatem et conuentum de Byszouia inperpetuum et libere transferimus per presentes. In cuius rei testimonium presentem literam nostrorum sigillorum appensione mandauimus communiri. Datum in Wladislauia proxima feria quinta, qua cantatur Letare Jerusalem, anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo. Presentibus hijs testibus: Iohanne castellano Wladislauiensi et Iohanne castellano de Wissegrod, Andrea de Slunsco, Theoderico de Thura, Michahele Trensecobula, Geruino aduocato Wladislauiensi et alijs quam pluribus fidedignis. Per manum Tasconis notarij nostri.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 61) opatrzony jest dużą pieczęcią herbową księcia Przemysła, ~~opatrzon~~ zawieszoną na pąsowym jedwabnym sznurze, na której po stronie odwrotnej wyciśnięte małe contrasigillum tegoż księcia.

[Perlbach: Land]   14   56. -152-

Kölner Cop. fol. 21[b]. n. 42.

Wladislaus her. regni Polon. etc. 1314. Septbr. 13, apud Pisdram;

Wladislaw, Erbe des Reiches Polen etc., bestätigt dem Kloster Lad alle seit der Böhmenherrschaft erworbenen Besitzungen.

Privilegium confirmationis omnium bonorum et hereditatum emptarum vel donatarum domus Lendensis Wladislai.

In nomine domini amen. Quoniam ea que legitime facta sunt processu temporis a memoria hominum evanescunt, ideo testium et litterarum testimonio perhennantur. Igitur nos Wladislaus dei gratia heres regni Polonie dux Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie et Cujavie ad noticiam et testimonium omnium presencium et futurorum harum serie litterarum volumus devenire, quod cum viri religiosi abbas et fratres de Landa ordinis Cisterciensis in presencia nostra nostrorumque militum fuissent constituti a nobis intuitu dei et suorum orationum humilium humiliter et devote postularunt genibus provolutis ut bona seu hereditates empticias domus eorum a nobilibus terre et eciam devotas [donatas] a Christi fidelibus in elemosinam ob amorem devocionis rata et gratuita habentes ab illo tempore, quo illustris princeps felicis recordacionis Wenczeslaus rex Bohemie de terra regni Polonie se intromisit usque ad hoc tempus ratificaremus scriptis nostris confirmantes, nos peticioni eorum condingne satisfacere volentes, cum per nos dei cultus non minui debeat sed pocius augeri, omnes hereditates emptas et donatas dicte domui in elemosinam, quorum empcionem et donacionem sufficienti modo testimonio testium aut instrumentorum in publico possunt approbare iure hereditario cum omni dominio et iure in perpetuum possidendas presentibus confirmamus, easdem hereditates ab omnibus solucionibus et exaccionibus quocunque nomine vocitentur eximentes, idem ius eisdem attribuendo, quod in antiquis eorum hereditatibus habere dinoscuntur, in eis nichil nobis penitus iuris retinentes. Actum apud Pisdram anno domini M. CCC°. quartodecimo Idus Septembris presentibus

nostris nobilibus Martino palatino Kalisiensi, domino Philippo cancellario nostro et fratre ipsius Petro, Predpelcone Poznaniensi, Lascone Zendensi, Petro Symanowicz Cryauiensi castellanis et aliis pluribus fidedignis ad hoc rogatis et specialiter vocatis. Ad evidenciam nostre confirmacionis pleniorem presentes scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum per manus Sbygney notarii curie nostre.

Cop. et coll.
10.XII.82 P.

1314. [12. X.]

[Kod. Pol. t. 2., nr. 214.]

In nomine Domini amen. Experiencia discitur, actus mortalium ab humanis euelli mentibus temporis per decursum, si non fuerint litterarum apicibus et testium amminiculo posterorum noticie commendati. Saprofter nos Lesthco Dei gracia dux Cuyauie et dominus Wladislauie constare volumus uniuersis, presencia audire contingentibus, quod ob recordacionem pie matris nostre Salomee eiusque anime pro remedio ac specialis deuocionis intuitu, quam ad ordinem [1] habere dinoscimur, domino Cunrado abbati et fratribus eius [2] ordinis Cysterciensis in Byssouia hereditates videlicet Magnum Wozyno cum Paruo, in territorio Wissegrodensi, [3] quas rite ac racionabiliter a fratribus nostris illustris (!) principibus [4] Premislio et Kazymiro empcionis tytulo sue domui eternaliter possidendas, nostre captiuitatis interuallo compararunt, necnon hereditatem, que Cetzerseuicz appellatur, in prelibato territorio sitam, quam similiter nostre captiuitatis tempore a comite Ymislao substancia pecuniaria contraxerant, viris presentibus fidedignis, [5] cum omnibus iuribus, utilitatibus, libertatibus et prouentibus, que in suis priuilegijs a fratribus nostris supra(er)dictis hereditatibus traditis sunt expressi, deuota mente ratificamus, approbamus et diligencius confirmamus. In cuius rei testimonium presentem cartam nostro sigillo duximus muniendam.

Margin: 1) „(Cysterciensem)"

1) dodaje: „Cysterciensis" 2) zamiast „eius" stadcie „dicti".
3) dodaje „sitas," 4) dodaje „dominis," 5) brak „viris presentibus fidedignis."

dam. Datum et actum in Wladislauia ciuitate nostra, anno Domini millesimo trecentesimo quartodecimo, quarto Idus Octobris. Presentibus hijs testibus, comitibus: Unislao castellano Wlatislauiensi, Iohanne dicto de Stlomico, condam castellano Wissegrodensi, Andrea condam castellano de Monsk, Wlozymiro de Loziów [6], Michaele Wenzycobula, Ludewico aduocato nostro et alijs quam pluribus fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 63), opatrzony jest małą pieczątką herbową księcia ze zwykłego wosku, mocno zwietrzałą i uszkodzoną, uwierzoną na pasmie z blado wiśniowego jedwabiu. Pieczęć wyobraża na tle zakratkowanem tarczę z herbem kujawskim, przez który w pośrzedź miecz przechodzi. Wokoło napis:

✠ S DVCIS LESTCONIS.

Też i drugi oryginał tego dokumentu w archiwum państwowem w Poznaniu (Coronowo N. 62), u którego pieczęć oderwana z pozostawieniem różowego jedwabnego sznurka. Odmianki tekstu pounotowane.

6) de Loyow

1315. [6.IV.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 215.]

In nomine Domini amen. Cum bene sibi prospiciat in futurum, qui ante iudicium iusticiam preparat, noverint igitur universi, presentes visuri vel audituri, quod nos Premislius Dei gracia dux Cuiavie et dominus in Wissegrod et Bydgost, ad cor revertentes, consciencia stimulati, in animo revolvimus et consideravimus diligenter, quoniam monasterium Byssoviense, Cysterciensis ordinis, Wladislaviensis dyocesis, in nostro dominio constitutum, a nostris officialibus per nostram dissimulacionem ac conniuenciam aliqualem frequencius gravatur iniuste et dampna plurima irrogantur eidem, districtum Dei formidantes iudicium et saluti nostre prospicere cupientes, abbati et fratribus dicti monasterij recompensam facimus graciosam, per hoc progenitorum nostrorum animarum remedium ac nostrorum peccaminum indulgenciam procurare desiderantes: omnia bona concessa a predecessoribus nostris, inclitis principibus, in presentibus confirmamus. Concedimus eciam eidem monasterio et fratribus inibi Deo famulantibus plenissimas libertates in omnibus bonis eorum, que in dominio nostro, in castellania Wissogrodensi et Bydgoscensi possidere videntur, quorum nomina sunt hec: Transchicz, Sucovo, Cycerewcz, cum sorle sibi adiacente Gelitow, Stronno, Samoczanscho, Wosino maius et minus, Smecz, Velun et Glynik, Gorzeva,

/. Wansovna, Beryn, Gozcirazo, Dambroca (!), Trischin cūm Kreya et cūm Neuccova dambroūa, Schodricow, Vitelno cūm sorte sibi adiacente Snymcz, Byssoūa, Sedlno, Scarbevo, Boscho, Lypichino. Damūs eciam eis potestatem locandi iūre Thevtonico, qūod Neydbūr, gencze wlgariter dicitūr, vel alio qūocūmqūe, proūt eis vi-debitūr meliūs expedire, ita vt ab omnibūs laboribūs, ex-accionibūs, solūcionibūs, serūicijs, vectūris, aratūris, a prevod, a povorōūe (!), podvorove, povolove, a powoz, a wūoz, a naraz, a wimeth, a nastaūa, a vesnica, a mostne, a poradlne, a stroza, a boūe, a vacca, a porco, et ab alijs vniūersis graūaminibūs, qūocūmqūe nomine censeantūr, ab omnibūs eciam angarijs, peran-garijs, cūm hominibūs eorūm absolūti sint penitūs et exempti. Insūper plenissimam iūrisdiccionem ac iūs in-tegrūm et iūdiciūm in omnibūs omnino locis bonorūm hereditatūmqūe predictarūm, et eciam in vijs pūblicis et semitis ac vijs priūatis; insūper castra et pontes non edificabūnt nec emendabūnt, nec ad expediciones ibūnt, excepto solo, qūando Ciūiaūia ab alieno exercitū inva-detūr; nec alicūi iūridicioni castellanorūm, palatinorūm, iūdicūm, officialiūm aūt camerariorūm, nec eorūm iū-dicijs sūbiacebūnt, nec ad eos citabūntūr, nec coram ipsis pro aliqūa hereditate seu possessione vel pro caūsa qūalicūmqūe operare debeant aūt respondere, sed tan-tūm coram nobis, cūm per nostram literam, nostro si-gillo sigillatam citati fūerint pro hereditate vel posses-sione comparebūnt et in iūre Thevtonico, qūod Neydbūr-

/.

gense dicitur, respondebunt. Adhuc ad maiorem cumu-
lum gracie fratribus et monasterio predicto ipsum locum, in
quo nunc monasterium est fundatum, quod Byssouia
dicitur, cum fluuio, qui prope monasterium fluit, qui
Dbra wlgariter nominatur, cum vtroque littore intra
terminos bonorum dicti monastery, cum omni iure et
iudicio et vtilitate, tam sub terra, quam super terram
similiter, sicut et bona alia confirmamus, ita, ut si
quid in predictis per predecessores et progenitores nostros da-
tum non extitit, nos donamus liberaliter et deuote. Eodem
modo in bonis, que Fransicz et Svcouo appellantur,
iuxta Wislam sitis, donacionem facimus in similibus
gracijs, si a nostris predecessoribus aliquomodo est neglecta,
confirmantes eis in dictis bonis omne ius ac libertatem,
vtilitates, pertinencias, gracias et iudicia quelibet, sicut
in bonis superius memoratis. In fluuio quoque Wisla
ius piscandi, nauigium seu passagium habendi et
iudicia quelibet in ipso flumine sicut et in terra intra
ipsorum terminos exercendi; duas eciam insulas e re-
gione dictorum bonorum Franschicz, in predicto fluuio
Wisle sitas, ac molendina in bonis iam dictis similiter
confirmamus et conferimus, si a nostris progenitoribus
non essent donata. Damus eciam, si quid minus expres-
se datum foret per predecessores nostros in omnibus bonis
supra memoratis eidem monasterio liberas possessiones in
fluminibus, stagnis, riuis, lacubus ac hominibus eius-
dem monastery, quibus tamen ab ipsius monastery
abbate et fratribus concessum fuerit, ita, quod nulli

7

alij liceat ibi piscari necnon castores capere; similiter et venaciones tam magnarum, quam parvarum ferarum intra terminos predictorum bonorum eisdem donamus, et nulli alij ius relinquimus, nisi nobis, cum perso-naliter illuc venerimus ad venandum. Habebunt eciam prenominati fratres ac eorum homines ius venandi in omnibus bonis eorum cum quibuslibet instrumentis, videlicet retibus, canibus, laqueis et pedicis. Omnia quoque bona quocumque titulo a nostris subditis no-bilibus seu popularibus aquisita, sive per empcionem seu commutacionem, sepedicto monasterio et fratribus inibi degentibus, cum gracijs, libertatibus et iuribus presencium patrocinio similiter confirmamus. In cuius rei testimonium presentes literas fieri et nostri sigilli appensione mandavimus roborari. Actum in Bronevo octavo Idus Aprilis, anno Domini M°CCC°XV°. Pre-sentibus hijs testibus: Bogumilo subcamerario nostro, Pribislao castellano de Bydgost, Tescone nostro sub-agazone, Nycolao Czyborski, Mychaele dicto Wencze, Kobila vlodario nostro. Datum per manus Tesconis cano-nici ecclesie Poznaniensis, nostri notarij principalis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-dowem w Poznaniu (Coronowo N. 64) opatrzony jest wielką pieczęcią herbową księcia Przemysła, ze zwykłego wosku, zna-cznie zwietrzałą i uszkodzoną, na której odwrociu zamieszczone małe contrasigillum herbowe z zielonego wosku.

156

1315. [6. IV.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 216.]

In nomine Domini amen. Excellencia nostre ingenuitatis exigit et requirit, ut illos prosequamur speciali prerogatiua gracie et fauoris, qui se nobis seruicijs multiplicibus multipliciter recommendant. Igitur nos Premislius Dei gracia dux Cuyauie et dominus de Wissegrod, uniuersis presentibus et futuris, ad quorum audienciam presens scriptum peruenerit deuolutum, esse uolumus manifestum, quod nobiles uiri Iaroslaus et sui filij Iohannes, Roszcalius et Thomas, necnon Iohannes filiolus ipsius, heredes de Plonicow, in Bronewo uilla nostra coram nobis et nostris baronibus constituti, villam ipsorum Stronno vulgariter nunccupatam, sitam in districtu terre Wissogrodiensis, religiosis uiris abbati et conuentui in Byssew, pro sexaginta marcis usualium denariorum Thoruniensis monete, de maturo consilio, uoluntate spontanea uendiderunt, iure hereditario in perpetuum resignantes. Predicti uero Iaroslaus, sui filij et filiolus ipsius in nostra presencia professi sunt et publice protestati, quod nec ipsi nec ipsorum consanguinei nec eciam posteri eorundem rediment a prefatis abbate et conuentu ordinis Cysterciensis in perpetuum uillam superius nominatam. Nos uero empcionem et uendicionem predictas ratas et firmas habentes, in remissionem matris et matertere nostre felicis recordacionis

./.

et volentes in hoc saluti nostre providere, et ut divinus cultus tempore nostro non diminuatur, sed pocius augmentetur, eas inviolabiliter inperpetuum presentibus litteris confirmamus. Volumus insuper, ut nec predicti heredes de Jlomicow, nec consanguinei ipsorum nec aliqui alij prenominatos abbatem et conventum ordinis Cysterciensis presumant in eadem villa aliqualiter impedire, ymmo quicumque alius prenominatos abbatem et conventum in prefata villa attemptaverit inpedire, sepius dicti heredes de Jlomicow coram nobis et nostris baronibus promiserunt omnia impedimenta ammovere. Preterea nos volentes, ut iam dicti abbas et conventus ordinis supradicti pro nobis frequencius et devocius Deum interpellant, libertates omnes a predilectissimo patre nostro pie memorie super Byssoviam datas et confirmatas litteris ipsius =, super eandem villam Strono damus in perpetuum et eas tenore presencium confirmamus. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli appensione mandavimus communiri. Datum in Bronewo, octavo Idus Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo quintodecimo. Presentibus hijs testibus: Bogumilo subcamerario nostro, Pribislao castellano de Bydgosce, Tascone nostro subagazone, Nicolao de Ozcybore, Michaele dicto Ivanzycobila vlodario nostro, per manum Tasconis canonici ecclesie Gnesnensis, notarij nostri; et alijs multis providis et discretis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządo-

./.

— i

wem w Poznaniu (Coronowo N. 65) opatrzony jest wiel-ką pieczęcią herbową księcia Przemysła ze zwykłego wosku, nieco uszkodzoną i zwietrzałą, zawieszoną na paśmie blado różowego i blado zielonego jedwabiu.

1315. [25. VIII.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 219.]

Notum sit vniuersis, presentibus et futuris, ad quorum noticiam presens deuenerit scriptum, quod nos Zhyra vna cum fratre nostro Woycech, heredes de Cothomirze, presentibus publice protestamur, limitaciones inter hereditates: nostram scilicet Cothomirze et fratrum de Byssouia Vozino nuncupatam, factas, que se extendunt a rubeto, qui dicitur Chalinkers usque ad paludem Zerrouite et directe per paludem usque ad Sdroge necnon et gades presentibus infra notatis viris a nobis et ab abbate predicte domus in districtu dictarum limitacionum positas, nos ratas ac firmas habituros ipsasque a nobis et a prefato fratre nostro Woycech et a posteris siue successoribus nostris ymo eciam a successoribus fratris nostri felicis memorie dicti Zdrelik promittimus et esse volumus irreuocabiles, irreiterabiles et inviolabiles perpetue permansuras. In cuius rei perpetue firmitatis testimonium presens nostro sigillo pro nobis et predicto fratre nostro eo, quod adhuc sigillum non habuit, qua iuuenis, predicto abbati suisque fratribus tradidimus communitum. Acta sunt hec anno Domini M°CCC°XV°, VIII° kal. Septembris. Presentibus hijs: Vincencio Bogocicz, Iacobo iudice de Leszce, Zygin de Lysov, Woycech de Jezcin, Wenceslao camerario ducis et alijs quampluribus fidedignis.

¹/ Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządo-
wem w Poznaniu (Coronowo N. 67) opatrzony był nie-
gdy jedną pieczęcią, po której tylko pasek pargaminowy
pozostał.

[Kod. Pol. t. 1., nr. 477.]

1318 [10. VII]

Noverint universi ad quorum notitiam pervenerit praesens scriptum, quod cum nos Florianus Dei gratiâ Plocensis ecclesiae episcopus mediante inclyto principe Domino Wladislao eadem gratiâ Duce Cracoviâe Sandomiriae Lanciciae Siradiae et Cuiaviae ac totius Regni poloniae prius in Zarnowo in colloquio per ipsum celebrato voluissemus ordinationem facere, prout eam postea fecimus, cum serenissima Domina Anastasia Ducissa et filiis suis dominis magnificis Wladislao et Boleslao Dei Gratiâ Ducibus Dobrinensibus super solutione decimarum in terra Dobrinensi de villis jure Theutonico locatis vel locandis, ipsis ad nos instantibus et instantius nos petentibus, quod deberemus de qualibet manso iure eodem Theutonico locato vel locando annuâ singulis nomine decimae recipere, pro nobis et pro nostro clero in festo Sancti Martini fertonem monetae Thorunensis pecuniae usualis, cum essent tunc temporis propter easdem decimas non solutas, per praedecessorem nostrum bonae memoriae dominum Joannem dictum Abrahae quondam Plo-

censem episcopum, per continuum
septennium excommunicationis sen-
tentia involuti et terra ipsorum ea-
dem dobrinensis supposita ecclesiasti-
co interdicto, verum postmodum in
Ploczk in Ecclesia nostra Cathedrali,
his coram nobis in capitulo plocensi
propositis et auditis, honorabiles viri
fratres nostri Petrus cantor et Wolk-
marus archidiaconus Dobrinensis ca-
nonici plocenses, surgentes in eodem
capitulo, huic ordinationi de sol-
vendis decimis tali modo in terra
Dobrinensi se eodem instanti oppo-
suerunt penitus contradicentes pub-
lice et expresse, quod nolent tali
ordinationi consentire, quoquomodo
pro parte ipsorum, in quantum eos
contingunt decimae de agris ad civi-
tatem Dobrinensem pertinentibus, cum
ipsi et ipsorum praedecessores, habe-
ant et habuerunt nomine cantorie
et archidiaconatus praedictorum,
ius percipiendi easdem decimas de
omnibus agris et villis, ad eandem
civitatem Dobrinensem spectantibus, post
aratra advocatorum et civium Dobri-
nensium, ac omnium qui colunt
agros praedictos in campis, in capeti-
bus et manipulatim, ab eo tempore,
cuius in contrarium memoria non ex-
stitit. Quare petebant praedicti domini

quod ipsos dignaremur in iure eorum suadente iustitia conservare. Igitur attendentes, quod summum bonum est, iustitiam colere in hac vita, et unicuique illibata ~~sua iura~~ reddere sua iura, nos habito consilio et consensu fratrum nostrorum capituli plocensis praedicti, ut huiusmodi controversiae finis habeatur, praedictos dominos cantorem et archidiaconum, nomine cantoriae et archidiaconatus ac successorum eorundem, a praedicta solutione adinationis decimarum solvendarum suprascripto modo, eximimus et excludimus, decernentes ipsos debere permanere in iure percipiendi decimas easdem, sicut ipsas hactenus percipere consueverunt in campis videlicet, in campestibus, et manipulatim, et ad solutionem huiusmodi decimarum praefatos advocatos, cives et quoslibet colentes agros praedictos, memoratis dominis et ipsorum successoribus faciendam, cum sit factum notorium, sententialiter condemnamus in his scriptis. In cuius rei evidentiam pleniorem sigillum nostrum et dicti capituli nostri plocensis praesenti-

hec sunt appensa. Actum et datum in Plozk sexta Idus Julii mensis Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo sexto. Praesentibus dominis Predwogio, Clemente decano, Alberto Scolastico, Martino custode, Janussio officiali, Magistro Andrea, Alberto cancellario curiae nostrae et aliis canonicis Plocensibus.

57

Woldemar Marcgreve tu Brandenburg 1317 Febr. 2, to Levenwolde;

-161-

Cod Brand.

Wie Woldemar, von der Gnade Godes Marcgreue tu Brandenburg vnd tu Lusitcz, bekennen vnd betughen in desem breue, dat wi den Erbarn Riddern Hinrik vnd Burcarde von der Ost vnd eren Brudern vnd eren erfnamen vnd erer kinder erfnamen hebben geleghen dat hus vnd de Stadt tu Driesen eweliken to eme rechten lene to besittende mit den molen, de dar sint vnd noch buwen mach, mit all deme, dat dartu behort, mit tollen, water tol vnd lant tol, mit alleme rechte, mit allem make, mit aller nuth, mit aller vrocht, de to deme vorbenomeden Huse horen. Vortmer late wi en de Heide vnd de Dorpe, de to der polenschen syde licht, mit al den seen, mit al den vliten, mit al den scheiden, also wie se vor hebben gehat. Vortmer late desen vorbenomeden vnd eren erfnamen

de

Riedel A. 18 pag. 282 Zeile 8 v. u. – Z. 17 v. o.

de Heyde, de to der dudeschen syde lycht, de dar heiten de Berghe to Dreisen, mit allen seen, mit allen vleiten, mit allen molen, mit allen holten, mit allen bruken, mit aller nuth, mit aller vrucht to ewigliken tiden vrie to besittende. Dit gut dat late wie em mit sodaner scheide von Gotzun wente to curow, van curow wente an dat vlet to der czuchen, von der czuchen de heide vp wente an de Drawe, de Drawe nedir wente an de Netcze vnd de Necze went an Gotzun. Vortmer late wi desen vorspoken riddern vnd eren eruen dat vorbenante guet mit allen rechten, mit den hogesten vnd sydesten, mit bede vnd mit allirhande bede, mit deneste vnd mit waghendeneste, mit kerklenen, mit allerhande nuth vnd mit allir vriheit, als wi dat ghehat hebben, to eme rechten lene to besittende ewichliken, als hir vor beschreben is. Vor dit vorbenumede guet geuen vs desse riddere vnd ere brudere mit willen twe dusent marc brandenburgischen siluers.

Dessir.

Dessir lehunge vnd dessir ding sint tuch: Greue Gunther von Keuernberg, Conrad von redern, Bertolt schenke, Friderik von Aluensleue, Ebelle von Widderhaw. vse vogeth, vnd Henning Botel, vse riddere. Up dat desse Liunghe gancz vnd stede bliue, so geue wi dessen briff, gesegelt mit vnseme Inghesseghelle. Dat is gescheen to Leuenwolde, na der bort Godes Tusent Jar vnd drehundert iar, in dem seuenteinden iare, in dem helighen daghe to Lichtmessen vnser leuen vrouwen.

[illegible]

1318, 9 kwietnia pod Krakowem. [29.V]

~~1170~~. Władysław Łokietek przywilej, mocą którego klasztorom jędrzejowskiemu, wąchockiemu, koprzywnickiemu i Szczyrzyckiemu prawo niemieckie nadał, nową opatruje pieczęcią. a)

[Kod. Pol. t. 3, nr. 77.]

In nomine Domini Amen.[a] Quod magnifica Principum decreuit auctoritas, ratum atque stabile debet permanere. Igitur nos Wladislaus dei gracia Dux Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Siradie, Cuiauie, nec non heres Regni Polonie. Notum facimus uniuersis presentibus et futuris, presentes litteras inspecturis, Quod cum Honorabilis[b] vir Dominus Geraldus Abbas domus Andreouiensis in nostra nostrorumque presencia Baronum[b] fuisset constitutus humiliter et deuote nos petiuit, ut Priuilegium domus memorate, super quibusdam libertatibus et immunitatibus a nobis obtentum, nostro antiquo sigillo consignatum sub appensione nostri moderni sigilli in remissionem nostrorum peccaminum, nostreque salutis ob respectum innouari mandaremus. Cuius priuilegii (de) verbo ad verbum, sensu ad sensum, tenor erat

Talis.

„In nomine Domini Amen. Nos Wla„dislaus Dei gratia Dux Cracovie, Sando„mirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie et Po„meranie etc. /: vide privilegium Vladislai Locteci Cracoviae 4 Kal. Iunii anno 1308 impertitum No....... praemissum :/

Nos vero nostre dominationis non immemores, iura predicta et immunitates gratas et ratas habentes de novo presenti patrocinio confirmamus nostrorum Baronum maturo consilio prelibato nostri sigilli moderni sub appensione. Actum apud Cracoviam Anno Domini MCCCXVIII. ~~1318~~ die Dominico quo cantatur Iudica. Presentibus his testibus: Comite Paccslao Castellano Cracoviensi, Nanogio Palatino Sandomiriensi, Thomislao Palatino Cracoviensi, Ade Iudice, Mstugio b) Subcamerario Cracoviensibus. Datum per manus Honorabilis viri Magistri Francisci Cancellarii nostri.

~~) w odpisie błędnie: Conslugio~~

a) Król Zygmunt I zatwierdził powyższy przywilej r. 1533, sabbato ante festum S. Trinitatis.

b) w odpisie błędnie: Conslugio.

Wydrukowany w Kodeksie dyplomatycznym polskim, tomie III na str. 171.

col

9.

nr. 149
M P Vatic. III

1319. 26/4

(Transsumpt z reskryptu Jana biskupa Krakow z dnia 5. Czerwca 1383 r)

Johannes Episcopus seruus seruorum dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Gnezdnensi et Cracouiensi ac Plocensi Episcopis Salutem et Apostolicam benedictionem. Dilectos filios Magistrum et fratres ordinis predicatorum, qui in decore sancte Religionis virtutum domino militantes, et crucifigentes cum vicijs et concupiscencijs carnem suam, ad diuine maiestatis obsequia trahunt alios per exemplum, infra pietatis apostolice vbera complectentes, dignum esse conspicimus, eos congruis presidijs communiri, ut eo deuocius, quo quiecius, pacis famulentur auctori. Cum itaque sicud (sic) ex parte dictorum Magistri et fratrum fuit propositum coram nobis, ipsi a nonnullis, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, diuersis et grauibus iacturis, injurijs, violencijs, et molestijs in diuersis mundi partibus, extra Regnum fiducie affligantur. Nos eorumdem Magistri et fratrum prouidere quieti, et malignorum conatibus obuiare volentes fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus extra dictum Regnum fiducie vos, uel duo, aut vnus per vos uel ~~alium~~ alium seu alios, eciam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores et judices, eisdem Magistro et fratribus efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis ipsos a predictis uel quibuscunque indebite molestari, uel eisdem dampna, uiolencias, iniurias, uel molestias irrogari, facturi eisdem Magistro et fratribus, cum ab eis uel procuratore aut procuratoribus eorum fueritis requisiti, de predictis et alijs personis quibuslibet, de quibuscunque violencijs, molestijs, iniurijs atque dampnis presentibus et futuris, in illis uidelicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie et de plano, sine strepitu et figura Judicij, Jn alijs vero, prout qualitas eorum exigit, iusticie complementum: Molestatores, presumptores, iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, ~~eciam si pontificali prefulgeant dignitate, quandocumque~~ cuiuscunque dignitatis, status, Ordinis uel condicionis extiterint, eciam si pontificali prefulgeant dignitate, quandocunque et quocienscunque expedierit, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; non obstantibus felicis recordacionis Bonifacij pape octaui predecessoris nostri constitucionibus, in quibus cauetur, ne aliquis extra suam Ciuitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium euocetur, seu ne judices et conseruatores

a sede deputati predicta, extra Ciuitatem et diocesim, in quibus deputati fue-
rint, contra quoscunque procedere, aut alij uel alijs vices suas committere,
siue aliquos ultra vnam dietam a fine diocesis eorundem trahere presu-
mant, seu quod de alijs quam de manifestis iniurijs et violencijs, et alijs que
iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id pro-
curantes adiectis, conseruatores se nullatenus intromittant: Et tam de du-
abus dietis in concilio generali, dummodo vltra terciam uel quartam die-
tam aliquis extra suam Ciuitatem et diocesim auctoritate presencium
ad iudicium non trahatur, quam alijs quibuscunque constitucionibus a
predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis
et conseruatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium
non vocandis, aut alijs editis, que vestre possent in hac parte jurisdi-
cioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obuiare, Seu si
aliquibus communiter uel diuisim a sede Apostolica sit indultum, quod
excommunicari, suspendi, uel interdici, seu extra uel ultra certa loca
ad Iudicium euocari non possent per literas apostolicas non facientes
plenam et expressam ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi et
eorum personis, locis, ordinibus, et nominibus proprijs mencionem, uel qua-
libet alia indulgencia dicte sedis generali uel speciali, cuiuscunque teno-
ris existat, per quam presentibus non expressam, uel totaliter non in-
sertam, vestre jurisdicionis explicacio in hac parte ualeat, quomodolibet
impediri, et de qua cuiuscunque toto tenore de uerbo ad uerbum in no-
stris literis habenda sit mencio specialis. Ceterum uolumus et Auctorita-
te Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat ar-
ticulum eciam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo
fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data presencium sit
vobis et vnicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis,
ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetua potestas et juri-
dicio attributa; ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis om-
nibus ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro predictis pro-
cedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent,
et juridicio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et sin-
gulis per Citacionem uel modum alium perpetuata legittimum ex-
titisset, Constitucione premissa super Conseruatoribus et qualibet a-
lia in contrarium edita, non obstante. Datum Auinione sexto Ka-
lendas Maji, Pontificatus nostri Anno Tercio.

[Zbiór Mog., nr. 50.]

1319. (24 Maja 1319.)

In nomine domini amen. Quod magnifica principum decrevit auctoritas, ratum debet atque stabile permanere. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Dux Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lanchicie, Cuyavieque, nec non Regni Polonie, notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod pie devotionis oculos ad ecclesiam gloriose virginis Marie et ad viros Religiosos ordinis Cysterciensis Cenobij de Henrichow sincerius convertentes, eum ipsis facimus graciam specialem, pro nostrorum remedio peccaminum et salute, ipsis dantes liberam et omnimodam facultatem, villas eorum scilicet Wrogniza et Gliwam majorem et minorem locandi jure theuthonico, quo eis placuerit, et ponendi in eis incolas cuiuscunque nacionis fuerint sive status: absoluentes eosdem incolas ab omnibus solucionibus et exactionibus polonicalibus pertinentibus sive spectantibus ad nostrum dominium, quocunque nomine censeantur, in totum liberos et ~~immunes~~ exemptos. Preterea eximimus easdem villas et omnes incolas earundem ab omni iudicio tam palatinorum, quam castellanorum et ipsorum iudicum; ita quod coram eis nec citari, nec respondere teneantur: facientes, ut nullus dictos incolas audeat iudicare, nisi scolteti, quos ijdem fratres ibi instituerint, aut ipsi fratres ordinis supradicti. Nisi tunc, si ipsi fratres essent negligentes in iusticia querulantibus de prefatis incolis facienda, tunc per nostram literam citati coram nostro iudicio iure theuthonico tenebuntur respondere. In cuius rei euidenciam pleniorem presentes conscribi iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum sub anno dñi M°CCC°XIX° in Cracovia in octava ascensionis domini, Presentibus quam plurimis fide dignis, et hys quorum nomina sunt hec. Comite nawoyo palatino Sandomiriensi, Adam Judice Cracoviensi, Petro Judice Poznaniensi, Stephano dicto Pankaucha Capitaneo Polonie et Cuyavie, Johanne Subdapifero Cracoviensi. Datum per manus francisci Cancellarij Cracoviensis

(Z oryginału klasztoru Mogilskiego, na pergaminie, od którego pieczęć oderwana, sznurek jedwabny czerwony.)

NB. Ten dyplom jest ważny pod względem daty koronacyi Władysława Łokietka, i dowodzi, że Długosz słusznie dzień koronacyi téj na 20 Stycznia 1320 roku oznaczył. Naruszewicz (T. V. p. 281 i 514 ed. most.) błądzi, gdy na niczem nie oparty, tylko na wątpliwéj wzmiance daty w kronice Hermana Cornera, kładzie datę na 20 Stycznia 1319 r. — Dowody za Długoszem przemawiające są jawne, a mianowicie:

1° Sama bulla Jana XXII (ob. Dług. IX. fol. 966), którą przecież w każdym razie Łokietek wyczekiwać musiał, jest z 20go Sierpnia 1319go roku t. j. pontyfikatu Jana XXII. roku 3go. (Bo i w tém błądzi Naruszewicz, gdy twierdzi, iż ten rok trzeci pontyfikatu wypada na r. 1318. (Ob. Narusz. V. p. 511.) Gdyż skoro Jan XXII, jak wiadomo, koronowanym był d. 5 Września 1316, więc do 5go Września 1319go roku trwał trzeci rok jego pontyfikatu.) Nie mógł przeto przed tą bullą w d. 20 Stycznia 1319 roku koronować się Łokietek. —

2do Długosz ze źródła dobrego czerpiąc, podaje, iż Łokietek koronował się w dzień SS. Fabiana i Sebastyana, t. j. 20go Stycznia, który właśnie na niedzielę wypadał. — W istocie tak jest, że w roku 1320, dzień 20 Stycznia był niedziela. — Dalej:

3) W dawnych zapiskach Kalendarza Krakowskiej Kapituły, który, (acz bardzo lichy wydał przy końcu swego dzieła X. Łętowski (Katal. Biskk. Krak. IV. append. p. 50.) brzmi zapiska: „XIII Kalend. Febr. (t. j.) Fabiani et Sebastiani Martyrum Dux Wladislaus ~~Lotius~~ dictus Loketcko coronatus in Regem Polonie in Eccl(es)ia Cracoviensi „Cathedrali, per Janislaum Archiepisc. Gneznensem; Anno domini M.CCC.XX. – Eodem „anno ecclesia cathedralis per Episcopum Nankerum et Capitulum incepit reedificari." —

4to Nie jest ~~a~~ ten niniejszy dyplom pierwszym, który o tejże (samej dacie z Maja 1319go roku wspomina Łokietka nie Królem Polskim, – lecz jeszcze tylko Xiążęciem. Znam dotąd jeszcze drugi akt z r. 1319 dn. 17 Maja, t. j. przywilej Nowaja Wojewody Sandomirskiego (Ob. Paprocki Herby fol. 15. 16), w ~~którym~~ którym mówi Wojewoda: „duabus septimanis tranquilitate pacis Domini Ducis Cracoviensis, et nostra, perfruetur." (t. j. ten co się schroni do osady nowo lokowanej)

[Perlbach: Lond.]

15

58.

-166-

Kölner Cop. 17a n. 27.

Wladislaus dux Crac. etc. 1319, November 19, ~~[illegible]~~ apud Brese;

Wladislaus Herzog von Krakau etc. weist den Anspruch des Zira auf das Lader Klostergut Lang zurück.

In nomine domini amen. Quod[a] magnifica principum decrevit auctoritas ratum atque stabile debet permanere. Proinde nos Wladislaus dei gratia dux Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, necnon heres regni Polonie notificamus universis tam presentibus quam futuris presentes litteras audituris, quod cum in nostra nostrorumque baronum presencia materia questionis inter Ziram filium Troyani ex una parte agentem et religiosum virum dominum abbatem Landensem ex altera respondentem verteretur super hereditate Lang in vulgari vocitata, tandem querela allegacione et propositione[b] dicti Zire et responsiva et domini abbatis memorati diligenter discussa et rationabiliter intellectis hereditatem supradictam Lang domino abbati et domui Landensi adiudicamus iure hereditario in perpetuum valituram cum singulis et universis utilitatibus pertinentibus ad eandem ut in gadibus suis circumferencialiter dinoscitur limitata, predictum vero Ziram abiudicamus sibi et ipsius progenitoribus super repeticione et requisicione eiusdem hereditatis perpetuum[c] silentium inponentes. Actum apud Bresce anno domini M. CCC°. XIX° die beate Elizabet, presentibus hiis testibus comite Dobrogostio Poznaniensi, Martino Kalisiensi, Johanne Brecensi palatinis, domino Philippo cancellario regni Polonie. Ad huius rei evidenciam pleniorem presentibus nostrum sigillum duximus appendendum. Datum per manus domini Sbignei canonici et viceccancellarii Cracoviensis.

a) das letzte e aus a verbessert K.
b) aus propoicicionis verbessert K.
c) error in Vorlage K.

Cop. et coll.
10. XII. 82 P.

[Perlbach]

69

39.

-167-

Köln. Lad. Acten IX a. b. (Cop.) (Or.)

Redditus monasterii Landensis in Polonia Colonie cedentes.

NB. Die Zusätze aus dem Copialbuch fol. 36 (44) n. 92, zeigt Köln von anderer Hand.

ad 1. Aerssberg. in libro carta generalis a° 1295 fit mentio. Item in libro lata platea antiquius a°. 1309.

ad 3. Aersberg in libro carte generalis anno 1295 1 mr. usualiter hereditarii census pro tempore currentis.
Dese V mr. staen weßter in libro lata platea antiqua a° 1309.
Nota. Item non debet alienari, aliquin spiritus sanctus obtinebit in libro lata platea antiquius a°. 1309.

ad. 4. Anno 1332 in libro antiquius # porte panthaleonis stingen zichs. Claes von Mors nunc solvit.

ad 7. (im Orig.) De predictis duabus domibus invenies scripta in libro antique porte Panthaleonis in scrineo Aerszberg anno 1303.

[Rückseite]. Anno 1320 lata platea antiquius Aerssberg

Notum sit quod Tilmannus de Eruerfelde et Gudeken uxor sua acquisiverunt sibi hereditatem erga Guderadim relictam quondam Alberti de Buregass domum cum area vocatam Compostirshus sitam super latam plateam super ordone Lewengass iuxta puteum ante et retro subtus et retro sicut ibi iacet pro quinque marcis communiter currentis hereditarii census solvendo quolibet anno duobus terminis videlicet XXX solidos in nativitate Christi et XXX solidos in nativitate Ioannis baptiste vel infra quatuor septimanas post quemlibet terminorum sine captione, ita si dictus census in aliquo termino persolutus non fuerit quod dicta Guderadis mittetur in possessionem dicte domus per sententiam scabinorum ita quod iure obtinebit.
Item anno 1327 de duabus domibus ligneis sub uno tecto prope domum ad volpem versus S. Johannem pro 4 marcis.

Item anno 1334.
Notum sit quod Jutta filia quondam Alberti de Rinerhofe tradidit et remisit abbati et conventui in Linde ordinis Cisterciensis quatuor marcas communiter currentes de illis decem marcis communiter currentes hereditarii census que solvuntur de domo et area vocata birbom in lata platea que mansio fuit Alberti patris sui predicti sicut ibi iacet in p omni iure et captione sicut in sua proprietate habuit tali conditione quod abbas et conventus predicti ipsos quatuor marcas nec vendent nec obligabunt nec in alienas manus perducent.

1322.

Cod Sil. -168-

Excellentissimo principi domino Wlad. diuina prouidencia regi Polonie, suo domino magnifico, capitulum ecclesie Wrat. omni cum reuerencia et honore ac sui humili commendacione oraciones in Cristo sedulas et deuotas. Cum rex regum et dominus dominancium, a quo principatus est quilibet et potestas, dignacione sua pijssima vos in solio regni Polonie sublimarit, spem firmam fiduciamque tenemus in domino, vt circa Wrat. nunc miserabiliter viduatam ecclesiam regalis excellencia hoc exequi debeat officium, ad quod superne miseracionis disposicione mirabiliter vos vocauit, hoc est ad ecclesiarum tuicionem, pupillorum et viduarum proteccionem, rapaciumque refrenacionem, prout sanctorum patrum et canonum institutis lucidius est expressum. Licet igitur maiestatis vestre sublimitas contra aliquos principes et nobiles Slesie non indigne forsitan prouocata pro corrigendis et humiliandis eisdem ad nostram dioc. cum exercitu se transtulerit bellicoso, misericordius tamen et decencius crederetur, vt cum regalis magnitudinis gracia id loquamur, quod ob illius reuerenciam, qui cum iratus fuerit, non obliuiscitur misereri, illas, que vos mouent offensas circa principes et nobiles supradictos, misericorditer remitteretis eisdem, ipsos si quo modo posset fieri, ad vestram graciam assumendo: memores, quod si culpa non esset, locum venia non haberet. Inspiret autem vobis dominus, vt meliora regia prouideat celsitudo curante omnia (s), cum omni deuocione qua possumus ac instancia supplicamus, quatenus in locis illis, quibus per terras dictorum principum Slesie aut alibi cum dicto vestro exercitu transire vos contigerit, super bonis et hominibus predicte Wrat. ecclesie per viscera misericordie Dei nostri misericorditer vestra benignitas moueatur, vt non permittatis bona et homines huiusmodi destrui per ipsum vestrum exercitum vel offendi, taliter nobis et ipsi nostre viduate ecclesie solite vestre pietatis clemenciam exhibentes, prout ineffabilem domini Dei clemenciam teneamur nos vna cum ipsa nostra ecclesia pro augmento vestre salutis et beatitudinis continuis precibus exorare.

Codex diplomaticus Silesiae, tom. V, Breslau 1862. Dr. W. Wattenbach: Das Formelbuch des Domherrn Arnold von Protzan, str. 226, gdzie ten list do r. 1322 jest odniesiony.

1322.

Cod. Sil. V. Nr. 277

Serenissimo principi domino Wlad. etc. ut supra. Ad supplicaciones nostras humiles, quas pridie magnificencie regie reverenter obtulimus pro nostra Wrat. ecclesia viduata et bonis euisdem ac hominibus, ne per vestrum destruerentur exercitum defensandis, placuit vestre excellencie inter cetera respondere, quod si diligeremus lesionem villarum et hominum nostrorum et ipsius ecclesie evitare, duos de capitulo nostro, qui nostram auctoritatem haberent, ad vestram presenciam, eo quod nunc essetis in loco vicino, absque dilacione transmittere deberemus, ut iniurias vobis et domino Bol. duci Bregensi ut scripsistis illatas, possitis proponere coram illis, super quo nos excusatos quesumus dignetur habere regia celsitudo, cum propter gwerram publicam, que in terra domini Conradi ducis Glog. peccatis exigentibus est exorta, necnon enormia et manifesta pericula, nullus ex nobis ad locum illum, in quo nunc manetis, possit aut audeat se transferre. Nec mirum cum noster nunccius, quem pedestrem in vili habitu cum nostris litteris pridie ad vestram magnitudinem misseramus, abstractis sibi calciamentis et vestibus eisdem, quas habuit, per quosdam vestri exercitus misere fuerit denudatus. Dato tamen, quod aliqui possent aliqualiter ad regie presenciam accedere maiestatis, occasione vel causa eorum, que premissa sunt, venire clericos aliquos ad exercitum et ad locum, in quo seua exercentur, non credimus oportunum, et maxime cum speremus et possimus dicere confidenter, quod serenitati vestre et predicto domino Bol. duci vel alicui alteri per nos vel per nostram ecclesiam nulle prorsus iniurie sunt illate, quinymmo per prefatum dominum Bol. nobis, ecclesie nostre Wrat. et clero nimis graues iniurie atque dampna tempore preterito per rapinam et occupacionem decimarum et iurium ecclesiasticorum in suo dominio multipliciter extiterant irrogata, super quibus licet nobis cum et cum ipso clero pridum pro sua concordauerit voluntate, quibusdam tamen clericis et ecclesijs de dampnis et iniurijs huiusmodi per ipsum illatis, ut cum eius pace et reuerencia id loquamur, nondum integre satisfecit. Verumtamen si vestra serenitas aut predictus dominus Bol. aut alij quicquam, quod non credimus nec optamus, contra nos vel ipsam nostram ecclesiam quomodolibet haberet, coram reuerendo patre domino archiepiscopo Gnezn. familiari et fideli vestro parati sumus tenere iusta placita et secundum iuris exigenciam respondere. Porro magestati vestre tenore presencium iteratis vicibus cum omni qua possumus instancia supplicamus, quatenus supradictam nostram viduatam ecclesiam aliasque sibi subiectas cum bonis ac

./. pauperibus ipsius ecclesie sub umbra proteccionis regie dignemini assumere, non permittentes, vt ijdem pauperes et bona eiusdem ecclesie in regali vestra presencia tam crudeliter rapinis et incendijs desolentur. Ex querelis enim lamentabilibus multorum iam accepimus, quod cymiteria et ecclesie quamplures cum libris et omnibus ecclesiasticis ornatibus et rebus alijs earundem, ymmo et cum corpore Cristi et sacramentis alijs, quod cum doloris gemitibus referimus, in terra illa, qua cum vestro manetis exercitu, per ipsum vestrum exercitum incendio sunt exusta. Ega ergo princeps excellentissime, cum ex debito regie dignitatis, ad quam diuina existitis gracia sublimati, ad tucionem ecclesiarum bonorumque ipsarum, pupillorum et viduarum defensionem teneamini iuxta sacratissimas canonicas et legittimas sanciones saluti vestre prouidere dignemini ac honori, vt tam enormia tamque nefanda in contumeliam creatoris domini Dei nostri et iniuriam sancte ecclesie sponse eius in vestro exercitu et vestra regali presencia nullatenus fieri permittatis, ne diuine vlcionis sentenciam pro eisdem excipere vos contingat. Dat.

Codex diplomaticus Silesiae, tom. V, Breslau 1862. Dr. W. Wattenbach: Das Formelbuch des Domherrn Arnold von Protzan, str. 227 z tytulikiem: Excusat se idem capitulum apud regem, quod non venit ad eum.

1322.

Cod. dipl. V, nr 228 -170-

Capitulum ecclesie Wrat. viro honorabili et prudenti domino .. can. Crac. salutem cum sincera in Domino karitate. Consideracione viri honorabilis domini .. germani vestri, quem nuper honorifice et graciter ex prouisione sibi facta per sedem apostolicam in canonicum ecclesie nostre recepimus et in fratrem, assignata sibi iam prebenda, que vacauerat, cum plenitudine iuris canonici in eadem, pleniorem utique confidenciam obtinemus pro nostris et ipsius ecclesie nostre Wrat. necessitatibus dirigendi prudencie vestre preces nostras, cum et ipse idem dominus .. dilectus in Cristo noster can. frater vester, vna nobiscum exigente iuris debito ammodo teneatur per se et per suos dicte ecclesie nostre pro viribus iura defendere et commoda quelibet procurare. Vestre igitur circumspeccionis amiciciam, de qua plene presumimus, affectuose requirimus et rogamus, quatenus magnificum principem dominum nostrum, dominum regem, cui iterum ex parte ecclesie nostre et nostra nostras litteras per latorem presencium transmisimus, salutaribus vestris exhortacionibus informare velitis, vt dictam nunc prochdolor viduatam ecclesiam, vt tenetur ex debito sue regalis excellencie, sub vmbram sue proteccionis assumens, bona et pauperes eiusdem ecclesie et ministrorum ipsius in regali sua presencia maxime non permittat tam miserabiliter rapinis et incendijs desolari. Plures enim dicte ecclesie nostre ville in terra domini ducis Conradi, prout veridica relacione accepimus, igne totaliter sunt destructe, insuper et quam plures ecclesie cum cymiterijs et dotibus earundem, quin ymmo et cum corpore Cristi et sacramentis alijs, vt de ornamentis et libris et rebus alijs taceatur, quod cum gemitu doloroso referimus, incendio sunt consumpte, et sic dicte nostre ecclesie viduitatis sue merore resperse multipliciter et afflicte super additur afflliccio tam enormis. Vestram autem prudenciam ignorare non credimus, quam grauibus penis maxime ecclesiarum et bonorum ecclesiasticorum incendiarij ipso facto tam per sacros canones quam constituciones alias legatorum sedis apostolice astringuntur: excommunicati sunt siquidem ipso facto, et postquam denunciati fuerint, non nisi per sedem apostolicam liberari poterunt ab huiusmodi excommunicacionis sentencia vel absolui. Et licet predicto domino nostro domino regi scribendo de penis huiusmodi sentenciarum adhuc noluerimus displicere, set supplicacionum et precum circa ipsum pocius insistere lenitati, finaliter tamen sub dissimulacionis silencio pertransire non poterimus tam enormia et horrenda, que in nostra dioc. in grauem Dei omnipotentis ignominiam et in eius sponse ecclesie sancte multiplicem iniuriam committuntur. Oportebit enim nos licet inuitos et canonum et legatorum sedis apostolice contra tales latas publicare sentencias, et nichilominus domino pape et sedi apostolice molestias et iniurias huiusmodi, que dicte nostre ecclesie inferuntur, que

./. rulosis vocibus intimare, nisi ab inceptis tam grauibus desistatur iniurijs, et ipse dominus noster rex, quod optamus et petimus, pietate maiori circa nos et dictam nostram ecclesiam iuxta regalem eius decenciam moueatur. Licet autem super premissis et alijs negocijs ecclesie libenter aliquos ad dicti domini regis presenciam mitteremus, nullus tamen presumit nec potest propter latronum et predonum insidias hinc inde positas se transferre, et ecce pridie noster nuncius ad ipsum dominum regem cum litteris nostris missus, calcijs et vestibus suis quamquam vilibus quas habuit, extitit spoliatus. Preterea dominus rex inter cetera, que pridie nobis suis rescripsit litteris, duos de nostro collegio cum nostra auctoritate ad se in loco, in quo manet, mandauit sine dilacione transmitti, coram quibus proponeret iniurias per nos sibi et domino Bol. duci Bregensi, ut dicebat illatas, set Deus scit et salua consciencia dicere possumus, ut speramus, neutri eorum per nos iniurias aliquas fore irrogatas, quin ymmo predictus dominus Bol. multas et graues iniurias nobis, ecclesie nostre et clero anno preterito per rapinas decimarum et aliorum ecclesiasticorum iurium in suo dominio intulerat enormiter, et pro eisdem exigente iusticia excommunicacionis et interdicti sentencijs extitit irretitus, et licet postmodum cum ipsa nostra ecclesia et nobiscum iuxta votum concordauerit, tamen nondum plene aliquibus ecclesijs et clericis, quos in rapinis decimarum suarum leserat, satisfecit. Verumtamen si quid quomodolibet contra nos haberet noster dominus rex predictus vel alter aliquis, quod non credimus, coram reuerendo patre domino archiepiscopo Gneznensi, familiari et fideli ipsius regis iusta placita tenebimus et respondebimus loco et tempore congruenti. Non enim pro reddenda iusticia vel querelis seu questionibus audiendis aptus vel ydoneus esset locus, in quo nunc dominus rex cum exercitu suo manet, eciam si inpedimenti aliquid aliud nil obstaret. Unde super eo nos eciam aput supradictum nostrum dominum regem et benigne dignemini excusare, ac eundem fideliter vestris exhortacionibus inducere, ut ab ecclesie nostre et bonorum ipsius ut prediximus lesione aliarumque ecclesiarum destruccione vel iniuria tam dampnabili conquiescat, quod aput vestram amiciciam nos una cum nostra ecclesia studebimus modis quibus poterimus promereri.

Codex diplomaticus Silesiae, tom. V, Breslau 1862. Dr W. Wattenbach. Das Formelbuch des Domherrn Arnold von Protzan, str. 228. Wattenbach wykazuje, że list powyższy pisany był do Jana de Verulis, kanonika krakowskiego, którego brat Andrzej był równocześnie kanonikiem wrocławskim.

1322.

Reverendo in Cristo etc. Et si pro gravissimis dampnis ac iniurijs nobis et nostre Wrat. ecclesie per illustrem principem Wlod. regem Polonie eiusque exercitum nuper illatis, promptam et iustissimam habeamus paternitati vestre materiam querulandi, illa tamen ad presens obmissa, de desolacione miserabili monasterij Trebnicensis necnon villarum et curiarum eiusdem ex intimis nostris vehemenciori dolore compuncti, reverende vestre beatitudini lamentabiliter querulamur, quod predicta ipsius monasterij bona, q de quibus religiose femine abbatissa, sorores et conventus sanctimonialium inibidem sustentacionem et vite sue necessaria recipere consueverant et habere, adeo inhumaniter per predictum dominum regem et eius exercitum desolata sunt incendijs et rapinis, quod nichil omnino ipsis inibidem remanserit, de quo miseram possint alere vitam, quin ymmo propter ipsius victus defectum, quod cum dolore referimus, octo persone ex ipsis sororibus fame veraciter referuntur extincte ab eo tempore, quo dictus rex ad desolandum cum suo exercitu ducis Glog. terram intravit. Hinc est, quod paternitatis vestre karitati cum instancia et affectu, quo possumus, supplicamus, quatenus supradictum dominum regem vestris exhortacionibus et monitis salutaribus inducere dignemini, ut idem dominus rex, qui alias liberaliter et karitative dictis sororibus tenebatur succurrere, ipsasque ab aliorum molestijs et insultibus defensare, de premissis dampnis et iniurijs satisfaciat et procuret satisfieri competenter, ne racione defectus et necessitate compulsas de electo monasterio pro querendo victu ignominiose oporteat divagari. Dat.

Codex diplomaticus Silesiae, tom. V, Breslau, 1862. Dr W. Wattenbach: Das Formelbuch des Domherrn Arnold von Protzan, str. 240, pod tytulikiem: Nunciantur archiepiscopo gravia et immensa dampna per regem W. illata. Datę powyż wspomnianej w powyższym liście wyprawy Łokietka na Szląsk, mianowicie r. 1322 dowodzi Wattenbach przywilejem Bolesława ks. lignickiego z d. 14 października 1322, którymto aktem książe ten w obecności Łokietka szkody, jakie z powodu tej wyprawy klasztór Trzebnicki poniósł, temuż klasztorowi wynagradza.

1324. [1.VIII.] [Dok. Kuj. Maz. nr. 19. s. 196.] 1725

In nomine domini amen. Nos Florianus dei gracia Ecclesie Plocensis Episcopus notum esse volumus tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam peruenerit presens scriptum, quod illustres principes Wladyslaus et Boleslaus frater ipsius duces terre Dobrynensis una cum matre ipsorum cupientes per opera pietatis diem prevenire extremum ob remedium animarum suarum ordini Dominici Sepulcri quem speciali fauore prosecuntur pro domo Kypynensi triginta mansos videlicet XII circa domum predictam et XVIII in Roscow sitos donauit cum libertate plenaria perpetuo possidendos, quam donacionem sic pre factam et concessam ut ex priuilegio ipsorum super huiusmodi donacione concesso potest plenius apparere, nos una cum nostro capitulo ratam et gratam habentes presentibus duximus confirmandam. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi iussimus sigillorum nostri videlicet et capituli nostri muninine roboratas. Actum et datum in Gozno in die ad vincula beati Petri. Anno domini Millesimo Trecentesimo XXIIII° presentibus testibus hiis videlicet magistro Mathia custode Plocensis Ecclesie domino Nicolao capellano curie, fratre Hinrico saxone, fratre Hankone de domo Goznensi.

Zb. R. Dok. oryg. pozbawiony pieczęci, od której wiszą nitki jedwabne zielone i różowe.

h Kujaw.

№ 4. 1329 a. Gorzno–

1325 1329

1329.

1381

173

In nomine Domini amen– Sub anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo octuagesimo primo. Indicione quarta vicesima quarta die mensis Octobris, hora tercia ~~alias~~ vel quasi in stuba in refectorio monasterii Mechoviensis. In presencia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum. Constitutus personaliter religiosus vir, frater et dominus Michael ordinis sancti Augustini ~~divini~~ dominici sepulcri Jerosolimitani quedam duo privilegia domini Floriani quondam episcopi Plocensis et sui capituli sub appendentibus sigillis exhibuit, petens me, ut eadem duo privilegia fideliter de verbo ad verbum transsumerem et copiarem, ac et ~~ad~~ in hanc publicam formam redigerem, signo et nomine meis, quibus utor, consignarem. Cujus quidem privilegii primi tenor per omnia talis est: In nomine domini amen. Noverint universi presencium noticiam habituri: Quod nos Florianus Dei gracia ecclesie Plocensis episcopus, consensu nostri capituli ad hoc specialiter accedente, cupientes, ut cultus orthodoxe fidei nostris temporibus augeatur, ecclesiam in Gorzno bonis nostre plocensis ecclesie pro ordine fratrum domus Jerosolimitane ad honorem omnipotentis Dei et salutifere ac preclare sancte Crucis, invocata spiritus sancti gracia, duximus erigendam et dirigentes eidem ecclesie, villas nomine parrochie infrascriptas videlicet: ipsum Gorzno, binum Golcowo, Osfuchowo, binum Mesanczkowo et alias villas circa nostrum castrum predictum Gorzno, quas adhuc in mericis locare intendimus, domino concedente; in quibus omnibus villis predictis recipere habebunt fratres in Gorzno manentes mensales annonas. Si vero in aliqua villarum parrochie memorate ecclesiam unam vel plures, per nos aut nostros fundare contigerit inposterum successores per presbiteros sui ordinis, fratres in Gorzno manentes

ecle-

[1325.]

[Kod. dypl. księstwa Mazowieckiego nr. 58.]

1325. Maz. Nak. 1329 niedrukt.

Kujawski

ecclesiam aut ecclesias sic fundatas debent regere omni-
bus parochianis in villis jam locatis et in futurum
locandis ecclesiastica sacramenta perpetuo ministrando.
Insuper pro sustentacione fratrum domus in Gorzno
pro subsidio dicte domus de nostri consensu capituli
dedimus sex mansos et decem jugera, que morgk
dicuntur vulgariter ante nostrum castrum Gorzno
in montibus et pratis adiacentibus rivulo, quod defluit
de silva Karw cum lacu ibidem parvulo et ad ipso
rivulo integro, in villa vero nostra Osfuchow octo
mansos cum utilitatibus omnibus, que nunc ibi
sunt vel inposterum pote~~ru~~[ueri]nt provenire perpetuo
libere possidenda. Licebit autem predictis fratribus
in villa Osfuchowo oves suas et pecora in pascuis
comunibus cum kmethonum gregibus ibidem pascere
conjunctim vel divisim. Eorumque sepedicti fratres
per labores et extirpaciones nemorum in victu et
expensis gravissime consumuntur pro necessario
subsidio in nostris lacubus, quociens necesse et
opus fuerit, eos piscari cum parvis retibus et cum
hamo permittimus, excepto duntaxat nostro sub
castro, lacu, que[m] pro nostra mensa et nostra curia
reservamus. In cujus rei testimonium sigillis
nostro videlicet ac nostri capituli presentes literas
mandavimus comuniri. Datum in Plocsk in die
Philippi et Jacobi apostolorum. Anno domini
millesimo trecentesimo vigesimo quinto. Pre-
sentibus his dominis: Clemente preposito, Alberto
decano, Alberto scolastico, Stephano archidiacono
Petro cantore ~~secretario camellarie~~, Mathia custode, Wolkmaro
archydiacono Dobrinensi nec non ceteris canoniis
ejusdem Plocensis ecclesie.

Tenor vero alterius privilegii sub uno sigillo domini episcopi Plocensis in filis sericeis rubei coloris dependenti per omnia talis erat.

[1329.] Nos Florianus Dei gracia ecclesie Plocensis episcopus. Notum esse cupimus universis. Ad quorum noticiam pervenerit presens scriptum, quod honorabiles viri: Theodricus advocatus de Gorzno et Hermanus scultetus de Zthuchow attendentes quod non nisi per opera pietatis (ad ?) sanctorum patronam quisque valeat pervenire, quodque seminat in benedictionibus in hac vita de benedictionibus metet vitam eternam, Cupientes eciam oracionum participes fieri, que a viris religiosis in locis sui ordinis Deo continue offeruntur: in nostra presencia constituti, deliberacione prehabita pro remedio animarum suarum ac suorum salute, de consensu uxorum suarum et aliorum, quorum interest censum annuum videlicet: Theodricus de suo molendino dimidiam marcam, Hermanus vero de Zthuchow de thaberna sua ibidem eciam dimidiam marcam ordini ac fratribus sepulcri dominici Jerosolimitani perpetuo donaverunt, quam marcam prefati: Theodricus et Hermanus cum successoribus suis pro rata cujuslibet domui fratrum ordinis memorati in Gorzno singulis annis in die Purificacionis domine nostre dare ac solvere perpetuo et integraliter tenebuntur. Eciamsi molendini et thaberne censum ergo ad predictos viros et eorum successores diminui continge ret, aliquo casu semper marca integraliter, ut prescribitur, persolvetur. Et quod sepedicti: Theodricus et Hermanus nobis humiliter supplicarunt,

ut

ut tam piam et salubrem provisionem nostris dignaremur literis confirmare. Nos eandem provisionem et donacionem ratam et gratam habentes, presentibus confirmamus ac eciam validuram inperpetuum approbamus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Gorzno nostro castro in vigilia beate Katherine virginis et martiris gloriose. Presentibus dominis: magistro Mathia custode, Nicolao Czyrskone Borzivagio canonicis Plocensibus et aliis fide dignis. Sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono. Actum anno indicione, mense, die, hora et loco, quibus supra. Presentibus: Bartholomeo clerico de Radomske, Petro cive ~~terre~~ de Mechovia et Stephano, testibus ad premissa rogatis.

(S. N.) Et ego Adam de Poznania quondam Stephani clericus diocesis ejusdem Poznaniensis publicus, Imperiali auctoritate, notarius predictorum privilegiorum exhibitorum ac aliis omnibus et singulis supradictis, dum sic fierent et agerentur, una cum prenotatis testibus presens interfui, eaque ambo duo prescripta privilegia manu mea propria fideliter transsumpsi et copiavi et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum.

1326. [20.III.] [Dok. Kuj. Maz. nr. 23, s. 200.] Wah. 177

In nomine domini amen. Nos Florianus dei gracia Ecclesie Plocensis Episcopus notum esse volumus universis tam presentibus, quam futuris, quod incliti principes Wladyslaus et Boleslaus dei gracia duces Dobrynenses una cum matre sua considerantes, quod nonnisi per opera pietatis regnum celeste ab orthodoxe fidei professoribus valeat adipisci, ob remedium patris ipsorum anime ac remissionem delictorum suorum Hospitali domus sepulcri dominici iuxta civitatem Kypyn situm triginta mansos, duodecim videlicet in iam dicto Kipino sub castro sitos inter Johannem feudalem dictorum ducum et aquam dictam Lyuonam versus ad Rudam et decem et octo reliquos mansos in hereditate vulgariter dicta Koszkowa adiacente villa ducali Dluge vulgariter nuncupata, agadibus eiusdem ville incipiendo versus Plonc protendentes, quousque plenarie compleantur assignaverunt, dederunt et eciam donaverunt perpetuo habendos retinendos et firmiter cum pleno dominio possidendos prout in privilegio super hec eis dato plenius continetur. Nos predictorum principum devocionem commendantes in domino predictam ipsorum piam et salubrem donacionem approbamus et presentibus confirmamus. Et ut fratres in hospitali domus memorate eo devocius memoriam ingem (?) in oracionibus pro benefactoribus suis habeant, et cetera contenta in privilegio exequantur quo ipsis pro ipsorum susten^{ta}cione grata subsidia fuerint uberius dargita decimas in mansis superius expressis ad nostram mensam pertinentes XXX memorato Hospitali et fratribus inibi degentibus de capituli nostri consensu addimus, damus et liberaliter donamus ac perpetuo assignamus. In cuius rei testimonium presentem litteram dari mandavimus sigillis nostro videlicet et nostri capituli sigillatam. Datum in die Cene domini in Ploczk anno domini Millesimo trecentesimo XXVI° presentibus hiis dominis: Clemente preposito Alberto decano, Alberto scolastico, Stephano archidiacono, Petro cantore, magistro Mathia custode Plocensibus, Wolkmaro archidiacono Dobrynensi, magistro Andrea cancellario nostre curie, Nemya (?), Gabriele Nicolao canonicis nostris, Nicolao capellano nostre curie et aliis quam pluribus fidedignis.

Zb. K. Dat. oryg. opatrzony pierwotnie 2 pieczęciami z tych pozostał tylko szczątek jednej. Pieczęcie zawieszone były na blado różowych nitkach jedwabnych.

Kujaw.

Cn

178

11.

[Kod. Pol. t. 3., nr. 81.]

1327. (d. 21 Maji)

In Nomine domini amen. Cum commutaciones, ordinaciones et resignaciones robur obtinere nequeant firmitatis, si consensu Regum seu principum et litterarum testimonio non fuerint roborate, proinde: Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, necnon Terrarum Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Cuyauie, Syradieque dominus et heres: Ad noticiam tam presencium, quam futurorum volumus deuenire, quod fidelis noster Spicimirus Palatinus Cracouiensis in nostra nostrorumque Baronum constitutus presencia corporali, sanus mente et in oblima (sic) corporis sui valetudine, non coactus, sed sponte hereditatem suam Dambani wlgariter dictam, cum porcione, quam ybidem habent dominus Nankerus et Petrus filii Stegnei, nomine commutacionis cum omnibus vtilitatibus, prouentibus, vsu fructibus, et toto dominio, prout solus tenuit et possedit, prout insuis terminis, gadibus, et limitibus circumferencialiter est distincta, fideli nostro Leonardo filio Dirzislai, pro dimidia parte hereditatis Tharnow, Jure hereditario inperpetuum dedit, tradidit, et libere resignauit, nichil penitus Juris siue dominij ybidem pro se vel suis legittimis heredibus seu successoribus ybidem reseruando. Nos vero precibus ipsorum exutraque parte benignius inclinati, prefatam commutacionem et resignacionem ratam et gratam habentes, adquam hereditatem ipse Spicimirus Palatinus prefato Leonardo quadraginta Marcas grossorum addidit, sepedicto Leonardo et suis legittimis heredibus ac successoribus, Jure hereditario Ipsam hereditatem Dambani possidendam, vendendam seu commutandam, sicut eis vtilius et melius expedire videbitur inperpetuum presentibus confirmamus. Incuius rei testimonium, presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro roborari. Actum apud Cracouiam duodecimo kalendas Junij Anno Domini M°CCC°. vicesimo septimo, presentibus hiis Nobilibus nostris: Nawogio Castellano, Sbigneo Preposito, Nycolao Subcamerario Cracouiensibus, Sandone Judice Sandomiriensi, Petro Nosal vexillifero Cracouiensi et aliis multis fide dignis. Datum per manus Petri Prepositi Sandomiriensis et Vicecancellarii Curie nostre.

Z oryginału pergaminowego w ~~Magistrat. Sądeckiego~~ Księcia Władysława Sanguszki należącego, u którego pieczęci nie ma, lecz pozostała reszta jedwabnego czerwonego sznurka.

1327.

Frater Heinricus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Tridentinensis, universis et singulis personis nostre iurisdictionis nobisque subiectis potestatibus, capitaneis, vicarijs, sindicis, ancianis civibus et alijs quibuscumque in nostra Tridentina diocesi constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem et sinceram in Domino caritatem. Universitati et singularitati vestre tenore presentium facimus manifestum, quod nos omnibus et singulis hominibus cuiuscumque conditionis, status aut preeminentie existant regnorum Boemie, Polonie ac Moravie, per nostrum districtum et dominium in locis nobis subditis et subiectis securitatem prestamus, eosque cum suis mercimonijs atque rebus veniendi, standi et redeundi recepimus in nostram protectionem et conductum. Quare universitatem et singularitatem vestram affectuose requirimus et rogamus nihilominus districte vobis precipiendo mandantes, quatenus homines de regnis Boemie et Polonie ac Moravie predictos, cum vos requisierint, promoveatis, et eis secundum ipsorum requisitionem de securo conductu providere dignemini et velitis. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum Tridenti in Bonconsilio castro nostro, XXII die mensis Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, X^a indictione.

Z najstarszego kopijarza przechowanego w praskiem staromiejskiem archiwum, ogłosił Brandl w Codex diplom. et epist. Moraviae, Tom VIII, vol. 3, N. 248.

1328.

Ioannes pp. XXII. Carolum regem Hungariae hortatur, ut oppidum et fortalitium Sławków, sibi per regem Bohemiae tradita, ecclesiae Cracoviensi restituat.

Iohannes episcopus [servus servorum Dei]. Carissimo in Christo filio Carolo regi Vngarie illustri salutem [et apostolicam benedictionem]. Mirantes nos noverit excellencia regia percepisse, quod carissimus in Christo filius noster Iohannes rex Boemie illustris villam Slaucoviæ eiusque fortalicium cum pertinentiis suis, ad Cracoviensem ecclesiam pleno iure spectantia, que idem rex nonnullorum seductus consilio in dampnum et preiudicium ipsius ecclesie occuparat, tibi fili carissime assignavit. Quia vero fili carissime, teneris ex debito regalis officii ecclesiarum defensor et conservator existere, nec suorum esse debes iurium occupator, monemus excellentiam regiam, rogamus et hortamur attente, tibi nichilominus tam paterno quam sano consilio in remissionem peccaminum suadentes, quatenus pro Dei, nostra et apostolice sedis reverencia villam et fortalicium eadem cum dictis iuribus et pertinenciis suis, ac fructibus per te medio tempore perceptis ex illis, restituere ipsi ecclesie manu celeri non omittas: ita quod preter eterne retributionis premium, promptitudinem regiam dignis propterea in Domino laudibus attollamus. Datum Avinione XIII Kal. Aprilis, [pontificatus nostri] anno duodecimo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, tomus I, Romae 1859, N. 801, str. 519.

[Kod. Pol. t. 3, nr. 82.]

1328 (d. 24. aprilis)

In nomine domini Amen: Largitas Regum seu principum multipliciter commendatur, si exgrata donacione confirmacio beniuola subsequatur. Nos igitur Wladislaus dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Cujauieque dux et heres. Ad noticiam tam presencium quam futurorum uolumus deuenire: Quod attendentes et considerantes grata ac fidelia seruicia, que nobis fidelis noster Comes Spicimirus Palatinus Cracouiensis multipliciter exhibuit et adhuc in futurum animo diligenti paratus est exhibere. Et ut ipsum ad nostra seruicia redderemus prompciorem, Sibi et suis legittimis heredibus ac successoribus villam siue hereditatem nostram paruum Tharnowecz, wlgariter dictam et indistricta Ciuitatis Woyncensis (sic) iuxta uillam ipsius Spicimirij magnum tharnow situatam Iure hereditario cum omnibus utilitatibus, prouentibus et toto dominio, prout personaliter tenuimus, damus, conferrimus imperpetuum possidendam, vendendam seu commutandam, sicut eis utilius et melius uidebitur expedire. Vt autem predictus Spicimirus palatinus eo melius et facilius ipsas ambas hereditates magnum et paruum tharnow cum suis legittimis heredibus locare et possidere ualeat, eas exnunc de iure polonico in jus Theutonicum scilicet noui fori, quod Sredense wlgariter nuncupatur, presentibus duximus transferendas, remouentes ibidem omnia iura polonicalia, sicut: Sep, Stan, narzaz, powolowe, vacca, oue, opole, Stroza, podworne, prewod et alia singula seruicia, angariaciones et preangariaciones, quecumque sunt, aut quocumque nomine censeantur, que jus thewtonicum, consueuerunt perturbare. Sic quod prefatus Spicimirus cum suis scultetis et uillanis in ipsis villis, nullo alio jure, quam suo thewtonico prenominato, in causis capitalibus decollandi, suspendendi, mutillandj, et in alijs omnibus magnis seu paruis libere et pacifice imperpetuum perfruentur. Absoluentes ipsos eciam scultetos et villanos, specialiter ab omnibus Iurdicionibus (sic) et potestatibus Castellanorum, palatinorum, Iudicum, subiudicum et omnium aliorum officialium; ita, si unquam ad presenciam eorum pro quacumque causa citati fuerint, minime respondebunt, nisi dum per litteram sigillo nostro sigillatam ad nostram presen-

ciam fuerint euocati: extunc coram nobis vnicuique querulanti, non alio jure, quam suo sepedicto theutonico tenebuntur respondere. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem, presentem pagi-nam conscribi fecimus, et nostro sigillo roborarj. Actum aput (sic) Wislíciam in die beati Georij (sic) martiris. Anno domini M.CCC. vicesimo. Octauo, presentibus hijs nobilibus nostris, venerabili in Christo patre domino Johanne Episcopo Cracoui-ensi, Nauogio Cracouiensi, Petro Sandomiriensi Castellanis, Mstu-gio Judice, pelka pincerna, Nicolao Subcamerario cracouiensibus, ac alijs multis fidedignis. Datum per manus domini Sbigneij, prepositi et cancellarij Cracouiensis.

Z oryginału pergaminowego do księcia Władysława Sanguszki należącego, u którego na jedwabnym sznurku czerwonym trzymają się jeszcze trzy osobne odłamki. pieczęci woskowej ma-jestatycznej znanej z innych wzorów.

[Rykaczewski, s. 236. Reg.]

Ego Andreas Czolek de Zelechow, subcamerarius Sandomiriensis, promitto per presentes, quod de tenuta Sandomiriensi, cui me serenissimus princeps, dominus Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. in capitaneo prefecit, omnes peccunniales census, quos in villis, ciuitate Sandomiriensi et opidis ad castrum pertinentibus, colligam, pro muris et alijs edificijs et laboribus prefati castri Sandomiriensis exponam et conuertam, de alijs ac omnibus obuencionibus dicte tenute prefato domino regi solitas staciones ministrabo. Harum quibus sigillum meum est appenssum testimonio litterarum. Datum in Obornyky feria sexta proxima post festum sanctorum Viti et Modesti martirum, anno Domini MCCCXXVIII°

Oryginał pargaminowy, przechowany w zbiorach hr. Rusieckich

Kollacyjonować!!

1329.

Nos Wenceslaus Dei gracia dux Mazouie et dominus Plocensis, ad vniuersorum tenore presencium (de)ducimus noticiam, quod licet nos principi magnifico, domino Iohanni Boemie et Polonie regi ac comiti Lucemburgensi, domino et affini nostro carissimo, debitum fidelitatis obsequium et adiutorium contra quemlibet de mundo hominem teneamur prestare, specialiter tamen et nominatim regi eidem, heredibus et successoribus suis bona fide absque refragacione qualibet totis nostris viribus presencialiter assistere contra dominum Wladislaum regem Cracouie, terras, homines et adiutores suos quoslibet, omni loco et tempore, vita nobis comite fideliter et efficaciter volumus et tenemur consilijs et auxilijs opportunis. Harum, quas sigillo nostro communiuimus, testimonio literarum. Datum in Plozk (anno Domini M CCC XXIX, feria quarta post dominicam Oculi mei semper).

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 607, N. 81.

Iohannes pp. XXII. regibus Bohemiae, Hungariae et Poloniae mandat, ut episcopo Cracoviensi oppidum Sławków restituant.

Iohannes episcopus [servus servorum Dei]. Carissimo in Christo filio Iohanni regi Boemie illustri, salutem [et apostolicam benedictionem]. Ex insinuatione venerabilis fratris nostri Iohannis episcopi Cracouiensis nuper accepimus, quod tu oppidum Sclaucouie cum fortalicio suo Cracouiensis diocesis, ad ipsum et ecclesiam suam Cracouiensem pertinens pleno iure, dudum per gentes tuas, quas ad partes destinaras easdem, hostiliter occupatum, carissimo in Christo filio nostro Carolo regi Vngarie illustri tenendum nomine tuo usque ad certi iam elapsi temporis spatium assignasti; quod idem rex per homines suos, qui alias in quibusdam villis immediate spectantibus ad episcopum et ecclesiam supradictos, oppido predicto vicinis, dampna plurima intulisse ~~dicuntur~~ noscuntur, percipiendo ex illis redditus et proventus, per annum et amplius detinens, demum illud carissimo in Christo filio nostro Wladislao regi Polonie illustri certo modo dicitur assignasse: qui oppidum et fortalicium ac villas huiusmodi nomine dicti regis Vngarie detinens occupata, ipsorum et cantorie ipsius ecclesie provenientes ibidem redditus et proventus percipit in episcopi et ecclesie predictorum et apostolice sedis camere, que propterea decima reddituum et proventuum eorundem dudum imposita in Viennensi concilio defraudantur, grave preiudicium atque dampnum. Nos igitur, ad quos omnium ecclesiarum defensio pertinere dinoscitur, eisdem episcopo et ecclesie super hiis paterno compatientes affectu, serenitatem regiam, cui super hoc scripsisse meminimus alias, rogamus et hortamur attente, quatenus precibus et hortationibus nostris huiusmodi devotis studiis acquiescens, pro nostra ac dicte sedis reverentia et consideratione iustitie, circa restitutionem de oppido, fortalicio et villis huiusmodi ac satisfactionem dampnorum predictorum eisdem episcopo et ecclesie faciendam, opem et operam, in quo Deo ac nobis et eidem sedi gratum parabis obsequium, tueque saluti prospicies anime, impendere studeas efficacem, ita quod propter hoc a Deo premium consequi merearis et iidem episcopus et ecclesia, quod suum est, absque nociue dilationis obstaculo consecuti, regiis beneplacitis adstringantur, nosque magnificentiam regiam exinde dignis attollere laudibus valeamus. Datum Avinione V Kal. Aprilis, [pontificatus nostri] anno tertiodecimo.

In e. m. predicto regi Vngarie ut supra, mutatis mutandis, usque consideratione iustitie, oppidum et fortalicium ac villas predicta episcopo et ecclesie memoratis restituas et satis-

factionem de dampnis predictis, in quo Deo et nobis ac eidem sedi gratum prestabis obsequium, tueque saluti prospicies anime, impendi facias cum effectu; ita quod propter hoc etc. ~~ut~~ ut supra usque in finem.

In e. m. regi Polonie ut supra in prima, mutatis mutandis, usque consideratione iustitie, oppidum et fortalicium ac villas predicta cum fructibus et redditibus per te seu homines tuos perceptis episcopo et ecclesie memoratis, quibus contra molestatores quoslibet scutum defensionis te fore supponimus, absque dilationis obstaculo restituas cum effectu; ita quod propter hoc a Deo premium consequi merearis, ac iidem episcopus et ecclesia, quod suum est, per regalem munificentiam liberaliter consecuti, obsequiis regiis astringantur; nosque, quibus et dicte sedi in hac parte gratum exhibebis obsequium, magnificentiam regiam exinde dignis attollere laudibus valeamus. Datum ut supra.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tomus I, Romae 1859, N° 809, str. 523.

[Stronczyński, nr. 29.] 185

1332. die 25. mensis Octobris.

Induciae inter Boleslaum ducem Slesiae, dominum Lignicensem et Vladislaum regem Poloniae.

Nouerint vniuersi presentem literam inspecturi, quod nos Boleslaus dei gracia Dux Slezie et Dominus in Legnicz, cupientes nostri Ducatus Pacis tranquillitatem comodius et vtilius reformare, promittimus omni dolo proculmoto Treugas factas siue ordinatas a data presencium vsque diem siue festum assumpcionis Sancte Marie proxime affuturum, per nobilem virum comitem Hinczconem de Duba capitaneum Glogouie cum Serenissimo Principe domino Wladislao Rege Polonie Sororio nostro Karissimo, et cum suo regno inviolabiliter obseruare, tali sub pacto, quod eidem Regi et suis hominibus ipsus Treugis durantibus nolumus aliqua dampna inferre, nec eciam per aliquem fieri procurare. Spondemus insuper in nostro Ducatu profugos Regis predicti ac nostri (?) districtus non seruare. Et si aliquis malleficus de nostro ducatu habens bona siue redditus, eidem Regi et sue Terre dampna, iniurias siue aliquas molestias infra tempus Treugarum intulerit, ipsum astare mandabimus nostro Iudicio, eidem Regi et suis hominibus de dampnis illatis illatis (s) cum .... allefficio reddentes iusticie complementum, qui si ipsum aliqualiter ad Iudicium, quod non credimus, non possumus p[resentare] extunc eundem malefficum volumus prosequi vna cum Rege supradicto Tam diu, donec pro perditis sui ...
... eidem Regi et suis hominibus omnimoda satisfaccio inpendatur; non obstante autem hac [ordinacio]ne nostrarum literarum specialiter eidem datarum Regi, fideiussores nostros videlicet Dominum Heinricum d.......
ancz et Hinczconem de Duba, Capitaneum Glogouie a fideiussoria caucione per ipsos .... a nolumus esse absolutos. In cuius rei Testimonium presentem Literam fieri et nostri Sigilli [appensione] fecimus communiri. Actum et datum In Octaua Sancti Luce Ewangeliste, Anno Domini Millesi[mo Trecent]esimo Tricesimo Secundo.

Oryginał pargaminowy znacznie uszkodzony, przechowany w archiwum głównem król. Polskiego.

Opatrzony jest pieczęcią bardzo źle dochowaną, wyobrażającą księcia na koniu, a wiszącą na paskach pargaminowych.

Stronczyński: Wzory, N. 29, str. 33.

Lad 6. Kölner Stadtarchiv.
[Perlbach: ... Lond]

16

Or. mit dem HM. Siegel an rother Seide.

75.

-186-

Fr. Ludderus fratrum ordin. hospital. b. M. Theutonicor. etc. general. magister (1333, Juli 4, ~~Elbing~~ Elbingi;

In nomine domini amen. Quoniam ea que ex principum beneplacito ad divini cultus augmentum personis religiosis conced~~untur~~imus propter vetustatem temporum dominii ve translationem interdum sibi indigent renovacionis remedio subveniri, ut ea, que vetera sunt, vultum novitatis assumendo ampliorem sibi adhibitionem conquirant fidei et maiori gaudeant fulcimine firmitatis, nos igitur frater Ludderus fratrum ordinis hospitalis beate Marie Theutonicorum Jherusalem. generalis magister ac dei gracia natus dux Brunswicensis notum esse volumus universis presentes litteras inspecturis, quod de maturo fratrum nostrorum consilio exhibitum nobis quoddam privilegium per dominum Mathyam abbatem et suum conventum ordinis Cisterciensis monasterii in Lenda in Polonia infrascripti tenoris et continencie, quod non cancellatum, rasum neque abolitum in aliqua sui parte vidimus, sed prorsus omni suspicione carens, cuius tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis:

Nos igitur[a] domini abbatis et sui conventus predictorum iustis et devotis precibus inclinati predictum privilegium ad cautelam futurorum auctoritate nostra tenore presencium duximus confirmandum. Quibus in signum evidens et robur firmitatis perpetue nostrum sigillum est appensum. Datum Elbingi dominica infra octavam beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini M.CCC.XXX ~~millesimo tricentesimo tricesimo~~ tercio presentibus honorabilibus et religiosis viris dominis fratribus Conrado Keselhuyt magno commendatore ac provincie Culmensis, Theoderico

a) i. übergeschr. Or.

Aldinburc marschalko, Tyffrido hospitalario ac commendatore Albingensi, Gunthero de Swarzburc trappario ac commendatore Kyrsburgensi, Lutolfo Konyng thezaurario, Ruthero de Thalheym commendatore in Brandenburc, Hinrico de Muro commendatore in Balga Alberto de Brunswig commendatore in Mewa et aliis quam plurimis fidedignis.

Aus d. Transsumpt von Benedict Official von Gnesen von 1424. Oct. 19.
Köln, Lad 8.

Ber. III N. 1.

Wielmożny Doktorze
Dobrodzieju!

Podobno tom 2gi Kodexu dyplom. Małopolski jest w robocie pod kierownictwem Wiel. Doktora – otóż przeglądając moje szpargały, znalazłem odpis przezemnie z autografu uczyniony donacyi kamienicy na ulicy Brackiej Spicymirowi kaszt. krak. przez Kazimierza W. w r. 1334. Brzmi on jak następuje:

In Nomine domini amen. Reges decet in reddendis seruiciorum obsequijs, pia consideracione prospicere vt quos in exhibicione eorumdem, fideles esse cognouimus, ipsorum eciam commodis intendant ingiter et insistanter. Ea propter nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Necnon terrarum Cracouie – Sandomirie – Syradie – Lancicie – Cuyauie, Pomoranieque dominus et heres – Noticie vniuersorum tam presencium quam futurorum presentibus declaramus, Quod ob merita fidelium obsequiorum nobis constanter per fidelem

nostrum Comitem Spicimirum Cracoviensem Ca..
stellanum inpensorum et ob recompensam dampnorum,
que in conflictu cruciferorum percepit, sibi suisque
posteris, aream vt ab antiquo extat circumferenciata et
domum lapideam in Cracouia sitam. in platea sancti
francisci ex facto Henrici quondam aduocati Craco..
uiensis dudum commisso incrimen illese mayestatis
Regie patris nostri, ad nos pertinentem, damus, tradimus,
donamus et conferimus tytulo et iure hereditario, in
perpetuum, tenendam et habendam committendamque
pro sua, iure et modo militali quam aream et domum
predictam iure eodem militali possidebit, suorumque
posterorum beneplacita voluntate. In quorum omnium
euidenciam presentes sunt nostro sigillo insignite.
Actum Cracouie in crastino Epifanie Xristi An..
no dominj M°. CCC°. XXX quarto, Presentibus hys
nobilibus nostris Mistuyo Palatino, Ottone Cantore,
Janusio Judice Sandomieriensibus; Petro Venatore,
Andrea Dapifero, Crinosando Subcamerario Cracouien..
sibus et alys multis fidedignis. Datum per manus domi..
ni Zbignei Prepositi et Cancellarii nostri Cracouiensis.

Przywilej powyższy jest spisany na pergaminie – pieczęć majestatyczna, wisząca na sznurze jedwabnym kręconym, barwy zielonej i czerwonej. Autograf, z którego, jak już wspomniałem, niniejsza kopia zrobiona została, był własnością ruchliwego antykwarza Igla, ojca dzisiejszych we Lwowie, który najchętniej dozwolił mi go odpisać.

Dom, o którym mowa w przywileju, od czasu darowizny zaczął się nazywać Melsztyńskich, od tych przed rokiem 1464 nabyła go akademia krak. i założyła w nim Bursę węgierską, która istniała aż do r. 1538, lubo i później nosił tę nazwę – po roku dopiero 1776 sprzedała go akademia Sebastianowi Glixellemu, i dziś nosi on Nr. 3, będąc własnością spadkobierców Gostkowskich.

Przyczem miło mi jest załączyć wyrazy Wielmożnemu Doktorowi głębokiego szacunku i poważania

Sługa
W Gąsiorowski

d. 11 sierpnia 1886.

Noverint vniversi presencium noticiam habituri, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie et terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Cuyavie, Lancicie, Pomeranieque dominus vna cum fidelibus barronibus nostris, videlicet Spicimiro Cracoviensi castellano, Nstuyo Sandomeriensi palatino, Nicolao de Bogoria palatino Cracoviensi, Nicolao palatino, Iaroslao castellano Posnaniensibus, Sandone castellano Sandomiriensi, Czrzywosando subcamerario Cracoviensi, consilio, voluntate et assensu eorundem accedente, propter bonum pacis reipublicęque vtilitatem super terris, castris, ciuitatibus, districtibus alijsque iniurijs et dampnis ac super omnibus iurgijs, dissensionibus et controuersijs inter nos et nostras terras ac inclitum principem fratrem Luderum Dei gracia ordinis hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum de Ierusalem, magistrum generalem, ducem Brunswincensem illustrem, ac eius totum conuentum actenus exortis, in serenissimos principes dominum Karolum nostrum generum carissimum, regem Hungarie, pro parte nostra electum, et dominum Iohannem regem Bohemie pro parte fratris Luderi et suorum fratrum predictis (!) electum, exnunc prout extunc compromittimus omni dolo et fraude postergatis: promittentes gratum et ratum tenere ac inuiolabiliter obseruare, quidquid per iam dictos dominos reges insimul et concorditer fuerit mandatum, factum, ordinatum, sentenciatum et pronunciatum super terris, castris, ciuitatibus, districtibus et alijs quibuscumque et premissis, prout in audiencia predictorum dominorum Hungarie et Bohemie regum per nos et fratrem Luderum memoratum et eius conuentum fuerit plenius declaratum. Renunciantes omni accioni, excepcioni iuris et facti, appellacioni, contradictioni et alijs singulis et vniuersis clausulis, que possent adinueniri per subtilitatem ad inpedictionem circa premissa et aliqua premissorum. Addicientes, quod si predicti domini reges vel alter eorum voluntate vel inpotencia predicto arbitrio seu compromisso personaliter interesse non posset, extunc principale ipsorum consilium loco et nomine eorum ad expedicionem et determinacionem negociorum predictorum petimus destinari, quod quidem consilium quidquid super negocijs coram ijs propositis decreuerint, non partibus sed prefatis dominis regibus referre teneantur, et quidquid memorati reges super tractatu dictorum suorum consiliariorum insimul et concorditer pronunciauerint, dictauerint et diffiniuerint modo, vt supra, ratum et gratum obseruare inuiolabiliter spopondimus. Preterea si ex permissione diuina, quod absit, in vtroque vel altero predictorum dominorum regum infra tempus treugarum per alias litteras nostras conceptarum, aliquid

)/ humanitus contigerit, pars, cuius arbiter decesserit, alium loco subla- ti, quem maluerit, eligere et substituere infra tempus treugarum ad explenda dicta negocia teneatur. De die vero et loco dictis regibus conveniendi ad cognicionem et determinacionem premissorum, eorundem dominorum regum Hungarie et Bohemie arbitrio duximus committendum. Porro promittimus personaliter vel per nostrum consilium in loco et die, ubi dicti domini reges convenerint, absque omni specie fraudis et doli materia nos ad proponenda nostra negocia presentare. In cuius rei euidenciam pleniorem presentes appensione nostri ac nostrorum barronum premissorum sigillorum dedimus communitas. Acta et data sunt hec in Cracouia anno Domini M°ccc°XXX° quarto, in festo Penthecosten.

Monumenta Hungariae historica. Acta extera I, N. 327, str. 321, z oryginału pargaminowego, przechowanego w archiwum rządowem w Królewcu, u którego wiszą szczątki pieczęci.

Ludovicus marchio Brandenburgens. 1334

76.

190

Anno eodem (1334) Nos Ludovicus etc. Attendentes grata obsequia nobis per strenuos viros Bechtoldum et arnoldum, fratres, dictos de Ost, exhibita et adhuc in posterum exhibenda, ipsis ipsorumque veris heredibus deputauimus et presentibus deputamus XL libr. denariorum brand. annuorum redditunm in ciuitate nostra Vredeberg, duorum sibi XX libr. in festo beate walpurgis et totidem in festo beati Martini proxime tunc subsequentis, quousque id ipsis conpetierit et etiam nos duxerimus reuocandum, Tali condicione tamen interposita, quod iidem fratres de Ost nobis aut successoribus nostris cum municione eorum dicta driezen, videlicet castro et oppido, contra quoslibet parere debebunt et in singulis nostris necessitatibus cum omnibus ipsorum viribus sine dolo quolibet fideliter obedire. In cuius etc.

N. 18.
Riedel pag. 285. IV.

In villa Komonyro. an. 1335 d. 15 m. Junii. 191

Wladislaus dux Lanciae et Do- bzinae Janussio et Wlostoni dat facultatem villam Lubochem iure Novoforensi regendi eisque ~~innovatis privilegii advocatia~~ ~~asserit~~ advocatiam ~~Villae Lubochen~~ Rs. M. 47 38 br. 49

1335. Nos Sigismund.

[Wierzbowski, T. 4/3, Suppl. nr. 128, Reg.] po confirmat innovationem factam a Kazimiro, in qua quidem invenitur diploma a Wladislao datum.

In nomine Domini Amen. Quoniam diuturnitas temporis oblivionem plerumque inducit Ideo facta duratura scriptura rum solent testimonio annotari. Proinde nos Wladislaus Dei gratia Dux Lanciciensis et Dobrinensis cupientes bona nostra et hereditatem dictam vulgariter Lubochen sittam prope Inowlodz in utilitatem et pensionem deduci meliorem eandem hereditatem Lubochen cum omnibus agris, rubetis, quercetis, mericis, borris et alijs pertinencijs fidelibus nostris Janussio et Wlostoni heredibus de Vyast dedimus exposuimus Jure Theutonico videlicet Srzedense sive novifori collocandam. Ipsisque Janussio et Wlostoni advocaciam seu sculteciam eiusdem hereditatis Lubochen vendidimus pro viginti marcarum Thoruniensium, de qua pecunia est nobis satisfactum et tradidimus cum eorum heredibus seu descendentibus ab illis utriusque sexus ac successoribus legitimis jure hereditario imperpetuum possidendam pro qua advocacia seu sculteccia damus et assignamus eis octavum liberum mansum seu laneum quotquot et agris, rubetis, mericis et quercetis et alijs pertinencijs ad ipsam poterint mensurarj vel reperirj. Dantes etiam ipsis nomine advocacie tercium denarium iuramento poenarum et cuiuslibet iudiciati. Insuper damus ipsis nomine advocacie liberam tabernam macella libera panis carnium et sutorum per ipsos in dicta villa collocanda et imperpetuo tenenda Preterea ut eo commodius dictam hereditatem iure predicto valeant collocare. Concedimus et damus facultatem dictis Janusio et Wlostoni ex nomine dicte advocatie in flumine seu rivulo dicte hereditatis Lubochent molendinum facere et construere valeant et piscinam per eos et eorum heredes in perpetuum possidenda, addimus et assignamus etiam pro dicta advocacia pro melificijs informandis partem de borra que est inter rivulum qui per villam decurrit ad fluvium Prasseczynycza et protenditur versus Gengrod. Borram vero majorem versus Inowlodz

Pücz.

et versus Rzeczyca pro nostra mensa reservamus. Liberas quoque venaciones concedimus exercendas quocumque ingenio seu arte. Si autem Incolae dictae hereditatis sive in uno loco sive in duobus fuerint collocati se inibi commodius recipere valeant et locare concedimus universis Incolis eisdem ab omnibus solucionibus tributis collectis et angarijs atque servicijs quibusvis infra duodecim annos a tempore mensure facte computandos plenam et omnimodam libertatem, qua durante predictus Janusschius et Wlostko de molendino nostro ibidem in Lubochen omnes utilitates percipient et habebunt qua elapsa ad nos dicti nostri molendini utilitates revertentur. Incole vero dicte hereditatis nobis nomine census de quolibet manso decem mensuras quatuor videlicet siliginis quatuor avene et duas tritici et nomine decime nostro Cancellario Lanciciensi fertonem usualem in festo beati Martini annis singulis solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium nostro sigillo presentes litteras communivimus. Actum et datum in Conoczino in die Corporis Christi Anno incarnacionis eiusdem M CCCXXXV.
(mp). Presentibus Venerabili in Christo patre Janusso Archiepiscopo Gnesnensi Vincencio decano, Przeczlao Archidiacono Gnesnensibus Paulo Castellano Falcone Judice Joanne Vexillifero Joanne Subdapifero, Mislibori Marsalco Lanciciensi Jacobo et Joanne nostris Capellanis et alijs multis.

Kazym
1420.
w Łęczycy.

Sigismundus
w Krakow. 1532. f III intra octav Sacratiss Corp Chr

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium inspectores, quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, facimus, ordinamus et constituimus nobiles viros ac fideles nostros, dominos Spitkonem a) castellanum nostrum Cracoviensem, Sbigneum prepositum Cracoviensis ecclesie, cancellarium nostrum ibidem, Petrum castellanum Sandomiriensem, Thomam de Zaianczkow b) et Nimiram c) dictum chandrosca milites nostros, procuratores et nuncios nostros speciales et omnes in solidum ad tractandum, ineundum, faciendum et formandum concordiam et pacis federa cum serenissimo principe domino Iohanne rege Boemie et comite de Luzemburgk, filijsque et heredibus ipsius super omnibus ducatibus et terris regni Polonie ac ipso regno, quod dictus rex Boemie impedit et hactenus impedivit, et hoc de consilio d) magnifici et serenissimi principis, domini et fratris nobis dilecti, domini Caroli regis Hungarie vel eorum, quos ad hoc de suo consilio duxerimus deputandos, sic, quod virtute concordie et ex presenti mandato nostro nos possimus obligare et terras nostras usque ad valorem triginta millia sexagenarum grossorum Pragensis valoris ac numeri, necnon ad obligandum, quod facere nos teneamur per milites et subditos nostros quoslibet et in omni loco, de quo ipsis visum fuerit, obstagium et obligaciones quaslibet et sub penis ac promissionibus quibuscumque nec non ad faciendum nostro nomine et eciam petendas et recipiendas pro nobis quaslibet renunciaciones terrarum, dominiorum e) et tituli regni Polonie, sed et faciendum facta, transacciones et premissa quelibet alta et bassa et generaliter omnia et singula, sine quibus premissa vel eorum aliqua non possent commode expediri: promittentes pro nobis et heredibus nostris omnia tractata, concordata, diffinita, promissa et firmata seu eciam ordinata in premissis et quolibet premissorum per ipsos firmiter habere et bene et efficaciter implere, necnon firmare, ratificare, approbare et inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium ipsis patentes nostras literas dedimus, nostri maioris sigilli appensione munitas. Actum in Cracovia in castro, in vigilia beati Laurencij levite et martyris, anno domini M. CCC. XXXV. f)

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 585, N. 69.
Sprostowane mylki: a) Epitkonem, b) Taiankaw, c) nimirum, d) concilio, e) dominorum, f) MCCCXLV.

1335.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem MCCCXXXV, in festo beatissimi Bartholomei apostoli, nos Spitko castellanus, Sbigneus prepositus Cracouienses, Petrus castellanus Sandomeriensis, Thomas de Zaiunczko et Nimirza Mandrossa procuratores a magnifico principe et domino Cazimiro rege Polonie constituti ad infrascripta realiter atque dati, ad universorum notitiam tenore presentium volumus publice deuenire, quod cum serenissimus princeps dominus Iohannes Boemie rex et illustris dominus Carolus primogenitus eius, marchio Morauie pro se et suis heredibus pretendentes commodum et tranquillitatem regnorum Boemie et Polonie ac regnigenarum et incolarum ipsorum, nec non contemplatione et intuitu serenissimorum principum domini Caroli Hungarie regis et dicti Cazimiri Polonie regis, cupientesque ipsis regnis et hominibus hinc inde salubri prouidere remedio, quatenus prouide animarum et corporum periculis salubriter obuietur, sponte ac libere renunciauerint omni iuri, actioni, exceptioni, proprietati, dominio et titulo regni Polonie eis in eo competentibus sub pena excommunicationis, promittentes pro se et heredibus suis contra huiusmodi renunciationem et cessionem non contrauenire aliqua occasione, ingenio, facto pariter et sermone, prout in alijs eorum literis plenius continetur: excepcerunt tamen excipiuntque generosos principes, dominos duces infra scriptos, vasallos eorum cum eorum ducatibus, terris, bonis, dominijs et pertinentijs quibuscunque, que tempore prestiti homagij possederunt, et omni modo et forma, quibus dicti domini duces ipsis dominis regi Boemie et marchioni Morauie et eorum heredibus siue ipsorum dictioni subiecerunt se, successores, duces et ducatus eorum et dominia cum appendentijs quibuslibet suis, suo et heredum suorum dominio totaliter reseruantur. Excepcerunt etiam terras Vratislauie et Glogouie cum omnibus pertinentijs, districtibus et dominio ad ipsum spectantibus quoquomodo. Domini autem duces et ducatus predicti hi sunt: domini Boleslaus Lignicensis et Bregensis, Henricus Saganensis et Crosnensis, Conradus Olsinensis, Iohannes Stinauiensis, Slesie duces, Bolko de Opol, Bolko de Falckenberg, Albertus de Strelicz, Wladislaus Cozlensis et Bituniensis, Wenczezlaus princeps Marouie, dominus in Plotzk, Lezko de Rathbor, Iohannes Osuentimensis et Wladislaus de Teschin. Nos itaque volentes fauorem et indissolubilem dilectionis amicitiam inter prefatos dominos, regem Boemie et marchionem Morauie et Polonie (regem) gratanter hinc inde beneuole amplecti, promittimus pro ipso domino rege nostro Polonie, quod idem dominus rex Polonie eisdem dominis regi Boemie et marchioni Morauie optime fauebit de omni iure, dominio et proprietate, que habent vel se habere asserunt in dominijs, ducibus et ducatibus predictis, ipsosque nullo modo unquam tempore impediet super ipsis nec duces aut ducatus ipsos vindicabit, impetet vel assumet in preiudicium

·/· dominorum predictorum regis et marchionis et heredum suorum ipsos, que super eisdem in nullo penitus per se vel heredes suos aliqualiter molestabit, penam et severitatem excommunicationis ipso facto, si contravenerit, incursurus. Insuper pro ipso domino rege Polonie et suis heredibus omni actioni, exceptioni et oppositioni iuris, consuetudinis aut etiam facti, si que aut aliquod eorum ipsis domino regi Polonie aut heredibus suis in sepedictis dominiis, ducibus aut ducalibus eorum possent aliqualiter suffragari aut competere quolibet modo in eisdem, non obstantibus aliquibus munimentis, literis, scripturis, pactis, pactionibus, statutis, reformationibus aut aliis quibuslibet ordinationibus sub quacunque forma verborum conceptis, etiam si talia forent, de quibus de verbo ad verbum specialem et expressam opporteret fieri mentionem; quibus omnibus et singulis et cuilibet eorum ex certa nostra scientia esse et intelligi volumus penitus derogatum. Promittentes sub fidei prestito iuramento, quod sepe fatus dominus rex Polonie premissa omnia et singula hinc intra festum beati Galli proximum ratificabit, gratificabit ac suis patentibus approbabit literis, grataque, rata et firma per omnia observabit. In quorum omnium testimonium atque robur presentes conscribi et nostrorum sigillorum patrociniis fecimus communiri. Datum et actum in Trencinio anno et die supradictis.

N. 76,)

Grünhagen u. Markgraf, I, 3, – Ludewig Reliq. V, 599, – Sommersberg I, 774, – Cod. dipl. Moraviae ~~VII, 56.~~ vol. 1 N. 76.
Dobner: Monumenta IV, str. 295 č. 178.

Ludwig Markgraf v. Brandenburg 1335 Sept. 20. 78.

194

Wir Ludovig etc. bekennen an disem openen brife, dat wi den vromen luden henninge vnd Mathyse, brudern, geheiten von Jagowe, vnd claus, eren vedern, vnd henninge vnd arnde von vchthenhagen habben gelihen vnd ligen en vnd eren eruen vnd erfnamen mit samender hant to rechteme lene vor vir hundert marg brandenburg. siluers vnd gewichtes dat hus to zantoch mitten haluen tolle tu zantoch vnd daz dorp to techowe mit hogesten, mit sidesten richte, mit wagendinste vnd mit alle dem ander dinste, wo man den genenen mag, mit bede, mit acker, gewunnen vnd ungewunnen, mit water, mit wischerie, mit weide vnd bi namen mit des hertoghen wese, mit holte(?), mit brucke, an wische, an velde, also wi dat heben gehat mit alme rechte; In dem dorppe tu sellin penninge bede, corn bede, vleys bede mit wagendinste; in

dem

dem dorppe to berenvelde penninge, corn vnd vleys bede vnd den wagendienst; in dem dorppe henrichesdorpp penninge, corn, vleys bede, mit wagendinst vnd in dem dorpe Mertensdorp penninge, corn, vleys bede mit alme rechte, als wi dat vorgenannte gut hebben gehat, sunder allerleige argelist vredelicke to besittende an allerleige hinder. Weret och, dat si icht verbuden an dem vorgenanthen huse to zantoch eder an der bruken eder wor anders were, dat redelike bewisen muthen si, dat scole wi en gelden, wenne wie dat hus weder kopen: wolden si ok dat hus laten durch ernot, dat scolen si laten vsen mannen, dat scolen wie lighen vor scultgelt, als vorgescreuen ist. Dit vorgenanthe hus tu zantoch scal och vse oppen hus wesen to al vsen noten, sunder allerleyge argelist. Wi vnde vse nakomen mogen och dat vorgenanthe hus tho zantoch mit alle dem gudde, dat hir vorgescreben steit, weder kopen, wan wie welle oder mogen, van en vnd eren eruen vmb szulk gelt, als hir vorgescri-

ben

ben steit. In cuius Testes episcopus Cami-
nensis, her gusso, Johannes buch, ludeke
wedel, esvolderith. Anno domini M°. CCC°.
XXXV°, In vigilia mathei evangeliste.

1335.

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, omnibus et singulis tenore presencium volumus esse notum, quod omnimodam tranquillitatem regnorum Polonie et Boemie fieri et commodum hominum et incolarum affectantes, nec non securitatem strate publice, que ducit de Polonia in ciuitatem Vratislauiam circa castrum Boleslauitz, vt tuti secure et libere ipsas partes intrare et stratam valeant atque possint, volumus et promittimus fide recta post destruccionem castri dicti Boleslauitz factam per me, magnificum principem dominum Iohannem, illustrem regem Boemie, fratrem nostrum carissimum, in festo Epiphanie proxime affuturo, prout ipsum diruere et dirui facere efficaciter promiserit, aliud castrum Boleslauitz in eodem loco nunquam per nos et nostros subditos seu alium vel alios quoscunque de cetero reparandum. Si qui forte temerarie et alias ipsum castrum post sui destruccionem vellent aliqualiter reparare et reedificare in eodem loco et alibi in ipsius districtu, tunc statim sine temporis dispendio nos cum ipso domino Iohanne rege Boemie memorato et alter nostrum, qui primo poterit, tenebitur reedificacionem huiusmodi impedire, alter vero nostrum, quam cito per alium fuerit requisitus, suum proinde tenebitur prestare auxilium et iuuamen. Verum quod si forte prefatum castrum non obstantibus huiusmodi, quemcunque reedificare aut reparare contingat, quod tunc nos cum domino rege Boemie ad sui destruccionem siue acquisicionem decedere et satagere efficaciter tenebimur et debemus. Volumus insuper, vt omnia bona et possessiones cum omnibus et singulis pertinencijs et ipsarum districtibus memoratis pertineant ad nostrum regnum Polonie cum omni iure, quod et que ~~ad~~ ab antiquo noscitur obtinuisse. Possessiones itaque alie eiusdem districtus siue castri, que ad ducatus Slesie spectant, distincta maneant circa ipsas, prout ab antiquo noscuntur extitisse. In cuius rei et testimonium etc. Actum et datum in Wisegard in Hungaria in die sancte Elisabeth, anno Domini M CCC XXXV.

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 588, N. 71.

1335. Lud. Rel. V. n. 73

Kazimirus Dei gracia rex Polonie, ad vniuersorum noticiam presencium tenore perueniat, quod nos cupientes cum excellenti principe domino Iohanne rege Boemie illustri, fratre nostro charissimo, fedus perpetue dileccionis et vinculum irrefragabilius colligare, cum ipso de presenti sponsalia inter primogenitam nostram Elizabeth et inter Iohannem, domini Henrici Bauarie ducis vnigenitum, ipsius nepotem, hodie in Dei nomine duximus contrahenda: promittentes et statuentes pro ipsa primogenita nostra donacionem propter nupcias quinque millia sexagenarum grossorum denariorum Pragensium boni, iusti ponderis et legalis iam dicto domino Iohanni dare et soluere. Ipse eciam rex nomine dotis pro ipso Iohanne nepote suo promisit et promittit dare et assignare dicte primogenite nostre septem millia et quingentas sexagenas grossorum denariorum Pragensium boni, iusti ponderis et legalis. Insuper promittimus, quod cum dicta progenita nostra ad annos puberes et etates peruenerit, predicta sponsalia et alia premissa ratificabit et approbabit, suumque ad hoc dabit consensum pariter et assensum. Hoc ipsum promittit dominus rex Boemie pro domino Iohanne nepote suo, eciam cum ad etatem puberem peruenerit et legittimam, se promissa omnia facturum et penitus expleturum. Insuper promittimus et spondemus vna cum prefato fratre nostro, rege Boemie, quod cum dictus Iohannes et Elizabeth ad legitimam etatem, vt premittitur, peruenerint, omnem operam et ministerium faciemus et dabimus, curabimusque efficaciter, vt ipsi Iohannes et Elizabeth in Domino matrimonialiter copulentur. In horum igitur omnium euidenciam et robur efficaciter valiturum, presentibus nostrum sigillum est appensum. Actum et datum in Wisegrad in Hungaria, in die sancte Elizabeth, anno Domini M CCC (XXX) V.

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 592, N. 73.

1335.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quia inclitus princeps dominus Iohannes per eandem rex Bohemie, frater noster carissimus, suas litteras priuilegiales super renunciacionem iuris et tituli regiminis regni Polonie et aliarum terrarum in eisdem litteris suis expressarum, excellenti principi domino Cazmirio per dictam graciam regi dicti regni Polonie, similiter fratri nostro, per eundem regem dominum Bohemie et filios eius factas, confectas, ad nostras manus tanquam hominis communis, prout assumpserat, assignauit. Ideo nos eidem domino regi Bohemie fratri nostro et filijs eius promittimus firmiter et sincere, quatenus, si dictus dominus Cazmirius rex Polonie in festo Pasce Domini proxime nunc venturo, sex milia marcarum sexagenarum eo modo, quo debet, eidem domino regi Bohemie vel filijs eius non soluerit, aut conditiones seu obligaciones pro ipsa nonsolucione factas et firmatas, in specialibus litteris contentas et expressas, non fecerit nec compleuerit, extunc nos vel filij nostri eidem domino regi Bohemie vel filijs eius aut dictas litteras in specie restituemus aut ad soluendum predicta sex milia marcarum sexagenarum erimus obligati. In cuius promissionis testimonium presentes sigillo nostro autentico fecimus communiri. Datum in alto castro Wyssegrad, in festo beate Elyzabeth, anno Domini M^mo^ CCC^mo^ XXX^mo^ quinto.

Oryginał pargaminowy przechowany w archiwum miasta Wrocławia, opatrzony jest majestatową pieczęcią króla Karola, wyciśniętą w zwykłym wosku, ~~z zawieszoną~~ Wokoło napis uszkodzony: KAR.......... RA HVNGARIE DALMACIE CROACIE RAME SVIE GALICIE LODOMIRIE.

Z tegoż oryginału ogłoszony jest powyższy dokument drukiem w Mosbacha: Przyczynki do dziejów polskich z archiwum miasta Wrocławia, Poznań 1860, str. 73, zaś poprzednio w błędnym tekście F.N.77.7 w Ludewiga: Reliquiae manuscriptorum V, 603, J. Ch. Luniga: Cod. Germaniae diplomat. I, 1015, ~~wreszcie~~ Fejera: Codex diplom. Hungariae VIII, vol. 4 str. 73, Chytila: Codex diplom. et epist. Moraviae, Tom. VII vol. I, N. 92.

1335.

Lud. Rel. V w 78

Nos Vladislaus Dei gracia Lanciciensis a) et Dobrynensis dux, notum facimus universis, presentes literas inspecturis, quod cum per excellentissimos principes, dominum Carolum Hungarie et Johannem Boemie reges illustres, arbitratum et pronunciatum extiterit, terram Dobrynensem per regem Boemie prefatum ac magistrum generalem Cruciferorum de domo Teutonica tempore guerre, que inter ipsum regem Boemie ac magistrum generalem dicte domus Teutonice ex una parte et dominum Vladislaum quondam Polonie regem ex altera gerebatur, per nos priscis temporibus hostiliter acquisitam, debere magnifico principi, domino Kazimiro regi Polonie per magistrum generalem Cruciferorum dicte domus seu ipsos Cruciferos restitui atque reddi, ipseque rex Polonie eandem terram propter dileccionis sincere affectum, quo nobis racione consanguinitatis astrictus esse dignoscitur, nobis velit et debeat ac nostris manibus vice versa reddere et eciam assignare, prout in ipsius literis domini regis Polonie super hoc confectis, plenius continetur, nos prefati domini regis Boemie captare benevolenciam premissorum intuitu cupientes, ipsum magistrum generalem Cruciferorum sepe dicte domus Teutonice ordinemque suum de omnibus et singulis damnis, nobis per eos pridem illatis, quitos reddimus penitus et solutos, promittentes pro nobis et heredibus nostris firmiter et sincere, eos pretextu dictorum damnorum nunquam impetere quocunque iure per nos vel alios, publice vel occulte. Harum nostrarum testimonio literarum. Datum in Alto Castro feria tercia post beate Elisabeth (anno Domini MCCCXXXV).

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tomus V, str. 604 N. 78. Sprostowana mylka: a) Lauditiensis.

1335.

[Cod. Hung., T. 3, vol. 4, nr. 9.]

[Cod. Hung., T. 3, vol. 4, nr. 9.]

Nos Karolus Dei gracia rex Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, ~~quod~~ quia ~~illustris~~ inclitus princeps dominus Iohannes per eandem rex Bohemie, frater noster carissimus, suas litteras priuilegiales super renunciacione iuris et tituli regiminis regni Polonie et aliarum terrarum, in eisdem litteris suis expressarum, excellenti principi domino Cazimiro per ~~pre~~dictam graciam regi dicti regni Polonie, similiter fratri nostro, per eundem dominum regem Bohemie et filios eius factas, confectas, ad nostras manus tanquam hominis communis, ~~et quem~~ prout ~~filius~~ assumpserat, assignauit, ideo nos eidem domino regi Bohemie fratri nostro et filijs eius promittimus firmiter et sincere, quatenus, si dictus dominus Cazimirus rex Polonie in festo Pasche Domini proxime nunc venturo, sex millia marcarum sexagenarum eo modo, quo debet, eidem domino regi Bohemie vel filijs eius non soluerit, aut conditiones seu obligaciones pro ipsa non solucione factas et firmatas, in specialibus litteris contentas et expressas non fecerit nec compleuerit, extunc nos vel filij nostri eidem domino regi Bohemie vel filijs eius aut dictas litteras in specie restituemus, aut ad soluendum predicta sex millia marcarum sexagenarum erimus obligati. In cuius promissionis testimonium presentes sigillo nostro autentico fecimus communiri. Datum in alto castro Wysegrad in festo beate Elyzabeth, anno Domini M^mo CCC^mo XXX^mo quinto.

Z J. Ch. Lüniga: Codicis Germaniae diplomatici tom. I, fol. 1015, wydrukował Fejér w Codex diplomaticus Hungariae, tom. VIII, vol. 4, Budae 1832, str. 73.

1860 – Dod. tygod. do Lwow. gazety.
Wróblin – str. 60 – Tan prętów 12
64, 72, 80,

Tyrawa – str. 96 – Tan prętów 24
a pręt łokci 7 ½

15
15
75
15
225
24
900
450
5400
2700

12
7
4

1335.

[Dogiel, T. 4, s. 54.]

In nomine Domini amen. Nos Carolus et Iohannes Dei gracia Hungarie et Bohemie reges, perpetue memorie tenore presencium notum facimus, quibus expedit, vniuersis etc. Cum magnificus princeps dominus[a] Kazimirus eadem gracia rex Polonie ex vna, et religiosi viri magister generalis, preceptores et fratres vniuersi ordinis Cruciferorum de domo Teutonica parte ab altera, super terris, prouincijs seu districtibus Culmensi, Dobrzinensi, Cuiauie, Pomeranie et Thoruniensi, super quibus a multo retroactis temporibus adhuc inter excelsum principem, dominum Wladislaum, quondam eiusdem Polonie regem, et tandem ipso feliciter migrante ad Dominum, inter ipsum dominum Kazimirum regem et dictos Cruciferos materia dissensionis et questionis suborta dinoscebatur, in nos reges Hungarie et Bohemie tanquam communiter arbitratores et amicabiles compositores, per eosdem iam dudum et nunc mediantibus legitimis instrumentis et litteris compromissarijs efficacibus electos, pacis alumni et amici fore inuicem cupientes, se sponte et liberaliter commisissent et pure compromisissent, nos inter cetera huius rei causa circa festum Omnium Sanctorum anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto, in alto castro Wischegrad in Hungaria simul in vnum conuenissemus, tractaturi de premissis, et predicto domino Kazimiro rege personali presencia, et pro memoratis magistro generali, preceptoribus et vniuersitate fratrum Cruciferorum dicte domus Teutonice fratre Henrico Rutheno prouinciali eiusdem ordinis de terra Culmensi et Marquardo de Spanberg Thoruniensi et Conrado de Brunestein[b] Swecensi dicti ordinis commendatoribus et confratribus, cum plenis et legitimis et ad infrascripta cum plene sufficientibus procuratorijs litteris comparentibus, assumptis nobiscum prelatis et baronibus nostris, quos communiter voluimus, quibusdam diebus continuatis, vtriusque partis iura eciam infrascripta, que habere dinoscebantur, diligenti et fideli perscrutacione examinassemus. Tandem fauente Domino aciem mencium nostrarum equo libramine dirigentes, taliter arbitrandum duximus et pronunciando diffinimus inter partes: quod dominus Kazimirus rex Polonie terras Cuiauie et Dobrzinensem cum prouincijs ac districtibus, ac quibusuis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis ab antiquo ad easdem spectantibus, iuxta limites ac metas sui antiquas, cum plenitudine iuris et titulo pleni dominij, prout ad progenitores et predecessores suos et per consequens ad ipsum iusto et vero ac hereditario titulo ab olim pertinuisse et pariter pertinere cognouimus, et specialiter in eadem terra Cuiauiensi cum porcione ducis Kazimiri, que ipsum con-

/. tingit, cum pertinentijs in eadem debeat possidere, tenere pacifice, quiete perpetuo et habere in filios, filiorum et successorum heredes, salvo, quod omnia bona et possessiones, que et quas in terris Cuiavie Dobrzinensique ante motam guerram pacifice et quiete Cruciferi possederint, ita et nunc, prout antea eas et ea cum omnibus iuribus, iurisdiccionibus et pertinencijs quibuslibet possideant, habeant et teneant sub veris metis et terminis antiquitus observatis. Magister vero generalis et fratres Cruciferi domus Teutonice prenominati terram Pomeranie cum suo districtu iuxta antiquos limites suos cum pertinencijs similiter et utilitatibus eiusdem universis, quam ijsdem fratribus et idem dominus Kazimirus rex Polonie causa divine retribucionis et ob remedium animarum predecessorum suorum et progenitorum ac sue salutis in perpetuam elemosynam nec non propter perpetue pacis bonum coram nobis renunciando omni iuri, accioni, impeticioni et repeticioni, quod vel que eidem domino regi Polonie in eadem terra Pomeranie ab antiquo competebat vel competere posset, eciam ipse promisit iuxta ipsam nostram arbitrariam pronunciacionem vel diffinicionem eodem iure et modo, quo terre Culmensis et Thorunensis eisdem fratribus per progenitores et predecessores suos fuerunt legate et donate, eandem legacionem et donacionem eo iure et modo, quo fuerat tunc facta, ratam habendo, quiete, pacifice et perpetuo tenere debeant, habere pariter et possidere. Ordinavimus ad ultimum diffiniendo, arbitrando, quod omnia damna, iniurie et quecumque molestie, quocumque modo hinc inde illate vel regi Polonie, vel eius subditis sive Cruciferis vel eorum subditis, compescantur et tollantur in totum, sic quod de cetero inter ipsos super eisdem nulla peticio et questio oriatur. Ne autem quicumque feudales vel regis Polonie seu fratrum Cruciferorum, qui guerris pendentibus inter ipsos a bonis suis facti sunt profugi, sive de Cuiavie seu Dobrzinensi vel de Culmensi Pomeranieque, a nostra diffinicione videantur exclusi, ordinamus et diffinimus, quod huiusmodi omnes profugi bonis suis omnibus et gracijs dominorum suorum sint presentibus reformati, sic, quod vel ad bona sua libere revertantur, si velint, aut ijsdem libere venditis se transferant, quo placebit. In quorum omnium testimonium atque robur sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Wischegrad in Hungaria. Presentibus reverendissimis in Christo patribus ac magnificis et nobilibus viris infra scriptis, videlicet Chanadino Strigoniensis, loci eiusdem comite perpetuo, et fratre Ladislao Colocensis et aule regis eiusdem regni Hungarie cancellario, ecclesiarum archiepiscopis, Willerino Drugeth palatino regni Hungarie, Demetrio magistro Tavernicorum, Thoma voiewoda Transylvano, comite de Zunnen, Mikch bano tocius Slavonie comite, /.

/. Paulo iudice curie regis Hungarie, nec non Vithgone Misznensis et Iohanne Olomucensis ecclesiarum episcopis, Rudolpho duce Saxonie, Carolo marchione Moravie, Bolezlao Slesie et domino Legnicensi, Thymone de Coldich, Henrico de Lippa et quam pluribus alijs fidedignis ad premissa rogatis specialiter et vocatis. Anno Domini millesimo tricentesimo tri, gesimo quinto, dominica proxima post festum s. Elisabeth.

Dogiel: Codex diplomaticus r. Poloniae et m. d. Lituaniae Tomus IV, str. 54, – Dlugossii: Historiae Polonicae Tom. III (Cracoviae 1876) str. 167.

1335.

Korbach - Krzyżyński Nr 74

-203

Kazymirus Dei gratia Polonie rex principalis debitor, Spitko Cracouiensis, Petrus Sandomiriensis castellani, Nycol de Bogrey woywod de Cracouia, Mystwoy Liss Sandomiriensis woywod, Tessko chandrosska iudex curie Cracouiensis, Passek de Bogrey Sandomiriensis iudex prouincialis, Czeley in Radomiss dominus, Krziuyzant subcamerarius, Henricus subcamerarius Sandomiriensis, Vrass castellanus de Woyniczie, Andreas Navossi filius lowczi et Stanislaus skrbnyk, fideiussores ipsius regis domini nostri ab ipso infrascripti constituti atque dati, tenore presentium recognoscimus, dicimus et publice confitemur, nos teneri et remanere obligatos magnifico principi domino Johanni regi Boemie et suis heredibus de summa et quantitate viginti milium sexagenorum grossorum denariorum Pragensium, in qua dicto domino regi Boemie decem milia sexagenorum dictorum denariorum iam soluimus in vna parte, in alia vero parte nobili domino Henrico de Lypa de quatuor milibus sexagenorum dictorum grossorum satisdedimus ac securitatem fecimus suffitientem in sex milibus sexagenorum grossorum Pragensium predictorum occasione et ex causa renunciacionis facte nobis regi Polonie per ipsum dominum regem Boemie de ipso regno et tytulo Polonie. Ipsam namque pecuniam residuam sex milium sexagenorum Pragensium promittimus bona fide in festo Resurreccionis Domini proxime venturo eidem domino regi Boemie aut suis heredibus uel eorum nuntijs adhoc speciale mandatum habentibus, dare, assignare et soluere sub nostris periculis et expensis in Ratbor opido, uel si ipsum opidum, quod absit, medio tempore de ipsius domini regis Boemie et sui principis domini Lestkonis ducis ibidem manibus extrahi contingeret, extunc in ciuitate Opauia in chorauia dare tenebimur et assignare ipsa sex milia grossorum Pragensium bonorum et legalium uel ualore(m) ipsorum in auro uel argento puris iuxta bis duorum mercatorum taxacionem ex vtraque electorum, omni dilatione et procrastinacione penitus proculmotis, quod si non faceremus et dictam pecuniam in toto uel in parte in locis et termino prefatis non solueremus, extunc nos fideiussores predicti inmediate ciuitatem Opauiam ingredi promittimus et tenemur in certa domo, quam nobis ipse dominus rex Boemie uel heredes aut nuntij sui ad hoc deputati assignarint, obstagium facturi ibidem et mansuri inibi, nec abinde exituri more consueto, qui in hijs seruari solitus est et haberi, donec dicta sex milia sexagenorum et nichilominus mille sexagenorum grossorum Pragensium pene nomine pro dampnis ac interesse fuerint in locis et modis predictis integraliter persolute. Si autem aliquem seu aliquos ex nobis, quod

/. abiit, ante solutionem dicte pecunie de hac luce migrare contin-
gat, tunc promittimus sine fraude alium uel alios in locum de-
cedencium uel decedentis substituere et ponere obligatum seu obli-
gatos ad impletionem omnium singulorum premissorum, quem
uel quos ipse dominus rex Boemie uel heredes aut nuntij sui de
regno Polonie duxerint nominandos. Insuper promittimus, quod
si nos fideiussores predicti ipsum obstagium more et forma, ut
prediximus, non seruauerimus, uel de ipso obstagio exierimus
predicta pecunia non soluta, quod tunc magnifici principes Ka-
rolus Ungarie rex, domina Elysabet regina Ungarie, aut Ludo-
uicus eorum filius literas renuntiationis super regno et tytulo Po-
lonie penes eos depositas, dictis regi Boemie et suis heredibus de-
beant et teneantur libere et licite restituere sine omni difficultate
et sine nostra requisitione uel mandato, et nichilominus sepefatis
regi Boemie et eorum heredibus in mille sexagenas grossorum
Pragensium pene nomine volumus obligari. Harum serie et testi-
monio literarum, quibus nostra sigilla duximus appendenda.
Datum in Wissegrado in Ungaria, anno Domini millesimo tre-
centesimo tricesimo quinto, die vigesimo secundo mensis Nouem-
bris.

Przywilej pargaminowy, przechowany w archiwum miasta Wrocławia, opatrzony był pierwotnie jedynastu pieczęciami, zawieszonemi na paskach pargaminowych, z których tylko osm pozostało, w zwykłym wosku wyciśniętych. Pierwsza mała wyobraża orła piastowskiego, w otoku napis: ✠ S. KAZ.... I DI GRA REG POLOIE; druga maleńka wyobraża w tarczy herb Leliwę, w otoku napis: ✠ SECRETVM SPICIMIRI; trzecia przedstawia Piotra kasztelana sandomirskiego przedstawia w tarczy herb Topor, w otoku napis uszkodzony: S PETRI ...., czwarta sygnetowa, snać Warsza kasztelana wojnickiego przedstawia w tarczy herb Rawicz, w otoku napis zatarty; piąta sygnetowa snać Mściwoja wojewody sandomirskiego herb Lis, w otoku napis uszkodzony: .... PALATINI; szósta oderwana; siódma przedstawia w tarczy herb Topór, w otoku napis: S CRIVOSANDONIS SBC; ósma wyobraża tarczę, w niej herb zatarty, w otoku napis: S. HENRICI ... CAMERARII; dziewiąta oderwana; dziesiąta zatarta i jedynasta oderwana.

Z tegoto oryginału ogłosił powyższy dokument Mosbach w rozprawie: Przyczynki do dziejów Polskich z archiwum miasta Wrocławia, Poznań 1860, str. 74, poprzednio zaś Ludewig w [N. 74.] Reliquiae manuscriptorum, V, 590, tudzież Chytil w Codex diplom. et epist. Moraviae, tom. VII, vol. 1 N. 89.

[Stronczyński, nr. 31.] 204

1336. die 26. mensis Maii, Cracoviae.

Kazimirus rex Poloniae Carolum Hungariae et Johannem Bohemiae reges, controversiarum inter se et ordinem Cruciferorum exortarum, arbitros eligit.

Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Vniuersis presentes litteras inspecturis, graciam Regiam cum gaudio salutis. Vniuersitatem vestram publice scire volumus, Quod Nos volentes preceptis ac salutaribus monitis Serenissimorum principum dominorum Karoli Vngarie et Johannis Bohemie Regum illustrium fratrum nostrorum insistere, eorumque ordinacionibus inter Nos parte ex vna et Magistrum ac fratres Domus Theutonice parte exaltera factis, super controuersijs hincinde agitatis firmiter diucius inherere, promittimus bono et sincero spiritu prefatis Dominis Regibus ipsorum laudum inter Nos et ipsos Magistrum et fratres per eos laudatum, gratum, firmum et in violabile irrefragabiliter attendere, et in violabiliter custodire. Promittentes expresse aduersus ipsos magistrum et fratres terras et bona eorum prius possessa per eos et habita, hinc a festo beati Johannis baptiste nunc instante per annum nullam mouere seu moueri procurare quomodolibet nouitatem, nullamque eis inferre interim seu inferri per quempiam permittere molestiam aliqualiter vel offensam. Verumtamen si secus fieri, quod absit, euenire contigerit, extunc volumus fideliter et spondemus super offensis et dampnis, si que nostros per negligenciam perpetrare contingat, mandatis et arbitramentis predictorum dominorum Regum stare et attendere, satisfacereve prout ipsi nobis duxerint iniungendum tocius more dispendio penitus proculmoto, quam cito ipsi magister vel fratres super eo duxerint nos requirendos. Harum nostrarum testimonio litterarum. Datum Cracouie, In die Sancte Trinitatis, Anno Domini M°. CCC. XXX. Sexto.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Pieczęć na pasku pargaminowym uwieszona, starta zupełnie.

Stronczyński: Wzory, N. 31, str. 35.

[Stronczyński, nr. 31.]

Kazimirus Dei gracia rex Polonie vniuersis presentes litteras in„ specturis, graciam regiam cum gaudio salutis. Vniuersitatem ve„ stram publice scire volumus, quod nos volentes preceptis ac salu„ taribus monitis serenissimorum principum dominorum Karoli Vnga„ rie et Iohannis Bohemie regum illustrium, fratrum nostrorum in„ sistere, eorumque ordinacionibus inter nos parte ex vna et magistrum ac fratres domus Theutonice parte ex altera factis super controuersijs hincinde agitatis firmiter diutius inherere, promittimus bono et sincero spiritu prefatis dominis regibus ipsorum laudum inter nos et ipsos magistrum et fratres per eos laudatum, gratum, firmum et inuiolabile irrefragabiliter attendere et inviolabiliter custodire: pro„ mittentes expresse aduersus ipsos magistrum et fratres terras et bona eorum prius possessa per eos et habita hinc a festo beati Iohannis baptiste nunc instante per annum nullam mouere seu moueri procurare quomodolibet nouitatem nullamque eis inferre interim seu inferri per quempiam permittere molestiam aliqualiter vel of„ fensam. Verumtamen si secus fieri, quod absit, euenire contigerit extunc volumus fideliter et spondemus super offensis et dampnis, si que nostros per negligenciam perpetrare contingat mandatis et et arbitramentis predictorum dominorum regum stare et attendere, satisfacereque, prout ipsi nobis duxerint iniungendum, tocius mo„ re dispendio penitus proculmoto, quamcito ipsi magister vel fra„ tres super eo duxerint nos requirendos. Harum nostrarum testimo„ nio litterarum. Datum Cracouie in die sancte Trinitatis, anno domini M°. ccc°. XXX° sexto.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum głównem królestwa Polskiego w Warszawie, pieczęć zawieszona na pasku pargaminowym, zupełnie starła. Stronczyński: Wzory pism dawnych. Warszawa 1839, str. 35, N. 31. Dogiel: Codex diploma„ ticus r. Pol. et m. d. Litv. Tom IV, str. 55, N. 58.

1336.

Benedictus pp. XII.

thuiet

Benedictus episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Kazimiro regi Polonie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Ad nostram nuper veniens presentiam dilectus filius Bertoldus civis Wratislaviensis, nuncius regius, nobis tue magnificentie litteras presentavit: quibus quidem nuncio et litteris per nos benigne consideratione mittentis receptis et intellectis plenius, que idem nuncius nobis pro parte regia voluit exponere, dicteque littere continebant, tandem super eis matura deliberatione previa prefato nuncio respondimus et tibi fili carissime, ut sequitur, respondemus. Primo namque non videtur nobis, quod forma pacis inter te ac carissimos in Christo filios nostros .. Ungarie et .. Boemie reges illustres inite invicem, quam nobis nuncius predictus exhibuit, debeat esse grata, nec nobis et apostolice ~~accepta~~ sedi accepta, cum super multis articulis exorbitare a rationis et equitatis tramite, caritatique et tuis honoribus et utilitatibus obviare plurimum videtur, nec super ligis et confederationibus in eadem contentis nostris et sedis prefate honoribus et reverentie in aliquo defferatur, sicut hec et alia dicti nuntii ambassiatam tangentia eidem verbotenus expressimus plenius, et ipse tue celsitudini referre seriosius poterit viva voce. Rursus quia te regnumque tuum prosperis habundare successibus et ab adversitatibus cupimus custodiri, causis pro reservatione Lubicensis ecclesie nobis expositis intellectis, ipsam ecclesiam duximus ea vice nobis et sedi predicte specialiter reservandam intendentes, cum eam primo vacare contigerit, nisi forsan persona eidem perutilis ac nobis et tibi devota eligeretur, ibidem canonice per circumspectionem dicte sedis prelibate ecclesie de pastore ydoneo providere. Preterea super eo, quod dicebatur, habitatores et incolas regni predicti teneri ad solutionem census annui ecclesie Romane debiti, qui denarius beati Petri vulgariter nuncupatur in illis partibus, non per capita personarum, sed pro singulis domicilis habitatorum et incolarum ipsorum; adiicebaturque, illos habitatores et incolas, qui commorantur in civitatibus vel opidis clausis et muratis, esse a solutione census huiusmodi liberos et immunes. Nos, qui sic iura predicte Romane ecclesie illesa servari volumus, quod ius alterius propter hoc non ledatur, perquiri regestra ipsius ecclesie fecimus diligenter, et quia reperitur in eis, omnes eiusdem regni personas, non exclusis nec exceptis illis, qui degunt in eisdem clausis seu muratis civitatibus et opidis, ad solutionem dicti census non per domicilia sed per capita personarum ipsarum teneri, decenter aliud, per quod eidem ecclesie Romane derogari posset, super iure huiusmodi abs-

que lesione conscientie immutare non possumus vel etiam innovare. Ceterum cum prefatam sedem non deceat, nec nos consueverimus prelatos absque voluntate ipsorum vel aliis causis legitimis et rationabilibus transferre, aut a suis sedibus amovere, super translatione venerabilium fratrum nostrorum .. Wratislaviensis et .. Cracoviensis episcoporum, que pro parte regia petebatur fieri, decenter votis tuis annuere, presertim cum de hiis, que diximus circa hoc, minime nobis appareat, non valemus. Veruntamen dicto Cracoviensi episcopo efficaciter scribimus, ut se tibi devotum et obsequiosum fideliter exhibere absque fermenti admixtione cuiuslibet non postponat. Porro de hiis, que de dilectis filiis .. magistro et fratribus domus beate Marie Theutonicorum asseritur, videlicet, quod pacem inter te et ipsos reformatam nolunt (!) observare renuunt, admiramur, cum ipsi per nuncium suum conquerendo nobis intimari fecerint, quod non per eos, sed per te potius remanebat, quominus eiusdem pacis reformatio compleretur. Nos autem, qui nedum in eis partibus, in quibus maxime principum et magnatum catholicorum esset propter vicinitatem infidelium necessaria pacis et caritatis unitas, sed in omnibus Christianitatis finibus pacis affluere cupimus ubertatem, ut inter te ac ipsos mutua concordia vigeat, parati sumus interponere, sicut expedire cognoverimus, partes nostras. Denique quia sacra teste scriptura, sapiens filius letificat patrem, de te fili dilectissime letamur admodum in Domino, quod sicut fama celebris ad nos usque perduxit, tu beneplacitis regis pacifici et excelsi per actus virtuosos et laudabiles te coaptans, et rex appellari desiderans a regendo, in regno et terris tibi subditis repressis et correctis malorum et perversorum insolentiis, bonum pacis et iusticie facis coli. Verum attendentes, quod huiusmodi opera tua grata utique iusto et eterno iudici, gratiora et acceptiora eidem, tibique magis meritoria redderentur procul dubio apud eum, si honorare ipsum studueris in sancta ecclesia sponsa sua, serenitatem rogamus regiam et in Domino attentius exhortamur, quatenus eandem ecclesiam in prelatis et personis ecclesiasticis regni tui predicti, sicut decuerit, honorando, prelatos et personas eosdem in suis et ecclesiarum suarum manutenendis iuribus et libertatibus habeas pro divina et apostolice sedis reverentia favore regio commendatos, eos, necnon pauperes, pupillos, orphanos et viduas, aliasque personas miserabiles ab oppressionibus indebitis defendendo, sicque te in hiis et aliis piis operibus exercendo, quod ab eo, cui tantum ac tale prestabis obsequium, in presenti augmentum honoris et gratie promereri valeas, et tandem regni coronam de manu Domini percipias sempiternam. Datum Avinione II. Idus decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, № 910, str. 610.

1337, dnia [10. X.] w Krakowie.

[Kod. Pol. t. 1, nr. 109.]

In nomine domini Amen. Quod magnifica regum fieri decreuit auctoritas, ratum et stabile debet perpetue permanere. Eapropter nos Kasimirus dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Cuiauie, Pomeranieque dominus et heres, noticie uniuersorum tam presencium quam futurorum presentibus declaramus, Quod uolentes Ciuitatem nostram Sandomiriensem in meliori et utiliori statu ponere, ut per hoc aduocatorum seruicia repensentur, et Ciuibus utilitas amplius augeatur, ex nunc igitur Marco aduocato nec non progenitis fratris eius Ruperti memorie felicis ac omnibus ciuibus Sandomiriensibus hereditatem nostram Rodoszkowice eciam dudum iunctam per nostros predeccessores eidem Ciuitati, de nouo nunc donamus, damus, tradimus et confe rimus, velut in suis metis et terminis circumferencialiter est distincta, eidem Marco et progenitis prescriptis aduocatis predicte Ciuitatis et Ciuibus ipsam Ciuitatem Rodoszkowice cum omnibus utilitatibus, redditibus singulisque pertinencijs et usibus, qui nunc ibi sunt aut per eorum prouidenciam fuerint in futurum, irreuocabiliter tenendam, habendam libereque in perpetuum possidendam. Hac (s) igitur harum serie literarum roboramus. Actum et Datum Cracouie die Preconis Martyris et eius sociorum. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Trigesimo Septimo.

Z kopii zawartej w tomie P. ks. Naruszewicza pod N. 46, zaznaczonej „Ex Ms. Civit. Sandomir."

Nos Carolus dei gracia rex Hungarie tenore presencium, quibus expedit, significamus vniuersis et memorie commendamus, quod cum nos ex noue parentele contractu inter excellentem principem dominum Carolum, inclyti principis domini Johannis Bohemie regis primogenitum, marchionem Morauie, heredes suos ab vna et nos nostrosque filios parte ex altera pro domino Ludouico nostro primogenito et eius persona nunc inito et firmato, exaltationem et augmentum honoris ipsius domini Caroli marchionis heredumque suorum, vt nostrum commodum proprium, id est e conuerso ipse nostrum et heredum nostrorum similiter vt suum proprium merito reputemus, quia nobis nostrisque heredibus bona et sincera fide promisit sub virtute ad sancta dei euangelia per eum prestiti iuramenti, quod si quandoque magnificum principem dominum Kazimirum regem Polonie absque heredibus masculis = decedere contigeret ab hac vita, quod tunc pro suis viribus omnibus et posse nobis regi Hungarie nostrisque heredibus suum exhibebit et prestabit auxilium et iuuamen, vt nos nostrique heredes ipsum regnum Polonie ex eo nobis debitum seu debendum suo adiuti subsidio assequamur, vt nostram deueniat in potestatem ac pleno iure nostro vel heredum nostrorum regnum sit subiectum. Et quia etiam sub eodem prestito iuramento nobis promisit, quod si decessionem predicti domini Kazimiri absque herede ante consummacionem matrimonii inter dominum Ludouicum nostrum primogenitum prefatum, et precellentem virginem dominam Margaritam filiam suam de nouo firmati, fieri contingat, non minus ad premissa obtinenda suum posse exponet, quibus iam ipsum matrimonium esset consumatum. Nos e conuerso pro nobis nostrisque filiis et heredibus memoratis sub virtute per nos sibi prestiti iuramenti similiter promittimus et sincera fide assumimus, quod si prefatus dominus Kazimirus rex Polonie (heredes aut successores sui duces in Polonia) presidentes, principes et vasallos, ciuitates, castra, homines seu quecunque iura suo genitori et sibi ac inclyto principi domino Johanni duci Carinthiae ac fratri eiusdem marchionis in ipso regno Polonie quoad ipsos duces, principes et vasallos competencia, quibuscunque censeantur nominibus, sibi vendicare et attrahere conarentur, ipsos forsitan duces et vasallos regis ~~Polonie~~ Bohemie et domini marchionis et fratris sui predicti seu homines hostiliter inuadendo, et si ab his conatibus ad diligentem requisicionem nostram, quam cum diligencia nos interponere promittimus, desistere non curarent, ex tunc nos prefato domino Kazimiro regi Polonie, heredibus et successoribus ipsius aduersum duces, vasallos et homines predictos nullum debemus dare auxilium et iuuamen. Preterea nos pro nobis et nostris heredibus,

./. ipsi domino marchioni suisque heredibus sub eodem fidei juramen„
to sincere promittimus, quod si processu temporis regnum Polonie,
et premittitur, in nostram aut successorum ~~nostrorum~~ ~~[illegible]~~ vel
nostrorum devenirit potestatem, quod tunc nos vel nostri heredes
dictos duces prefato domino Johanni regi Bohemie, genitori eius„
dem marchionis sibi et suo fratri subiectos, ciuitatesque, castra,
homines et vasallos seu alia jura quaecunque ipsis ducibus, prin„
cipibus et vasallis competencia in dicto regno Polonie, quibuscun„
que distinguantur nominibus, nobis vel nostris heredibus vendi„
care, vsurpare et attrahere non debeamus per nos vel alio quovis
ingenio, publice vel occulte, imo si sepe dicti duces, principes et
vasalli, ciuitates, castra et homines memorati regis Bohemie,
marchionis et fratris eiusdem predicti se nobis aut nostris heredi„
bus regnum Polonie tunc habentibus, subiicere vellent et appe„
terent eorum propria voluntate, hos in vasallos et homines no„
stros acceptare et recipere non debebimus nec quidquam cum
eisdem disponendo quoquo modo in eorundem regis Bohe„
mie, ipsius marchionis ac fratris sui preiudicium et grava„
men; hoc specialiter adiecto, quod nos nostrique heredes nulli
penitus principum seu hominum cuiuscunque condicionis exi„
stant, nostrum impendemus seu exhibebimus auxilium, qui pre„
dictos duces, principes et vasallos, patronos ipsius marchionis
et fratris sui ab ipsis et eorum potestate alienare quomodolibet
attentarent, imo ipsos dominum regem Bohemie, marchionem
et suum fratrem in juribus in dictis ducibus, principibus et
vasallis ipsis competentibus fauorabiliter prosequemur. Hec igi„
tur omnia et singula et quodlibet premissorum, prout de verbo
ad verbum presentibus sunt inserta, sub virtute prius prestiti
juramenti ad sancta Dei euangelia attendere et custodire pro„
mittimus et firmiter ac inuiolabiliter obseruare. In cuius rei ge„
ste memoriam nostrum sigillum presentibus duximus appen„
dendum. Datum ut supra in Wissegrad, dominica Inuocauit, an„
no Domini MCCCXXXVIII.

in appendice document. ad Commentar. reg. Boh. str. 49

Z Goldasta wydrukował Fejer w Codex diplomaticus Hungariae, tom. VIII, vol. 4, Budae 1832, str. 295, następnie Chytil w Codex diplom. et epist. Moraviae, Tom VII, vol. 1, N. 187.

Balbinus Dec. I, lib. 8, volum I p. 32.

[Perlbach]

17

82

Kölner Cop. 34[b] n. 74

209

Fr. Mathias abbas monaster. Landensis 1338, Juni 24, ~~Lad~~ in Lynda;

Abt Matthias von Lad setzt das Dorf Lyzagora zu deutschem Recht aus und verleiht dem Ulrich das Schulzenamt daselbst.

Lyppagora.

In nomine domini amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi et audituri quod nos frater Mathias abbas monasterii Landensis ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis de voluntate et consilio fratrum conventus nostri discreto viro Vlricho hereditatem domus Lyndensis Lyppagora wlgariter dictam exposuimus ad locandum iure Theutonico sub hac que sequitur ordinacione, ita videlicet quod idem Vlrichus sculteciam in eadem hereditate nostra sive villa obtinens racione locacionis hereditatis eiusdem duos mansos liberos in ipsa hereditate, unum in fine mansorum villanorum in exitu ville versus Slugoczino comitis Mathie filii quondam Symani et alium ubicunque inter mansos dicte hereditatis degerit habebit iure hereditario cum suis posteris et legittimis successoribus inperpetuum pacifice possidendos. Incolis autem dicte hereditatis de agris incultis et extirpandis a solucione census et serviciis nostris libertatem concedimus infra sex annos a data presencium computandos, infra quos libertatis annos de agris cultis et extirpatis aut decimam manipulatam in campo aut marcam denariorum, in quo eis opcionem quid ex hiis duobus solvere voluerint damus et concedimus bonam solvent nobis. Elapsa vero libertate predicti incole de quolibet manso sex mensuras siliginis, sex mensuras avene et fertonem denariorum racione census decimalis singulis annis in festo beati Martini nobis et nostris successoribus tenebuntur solvere et in nostro monasterio integraliter assignare. Predictus autem scultetus cum suis posteris in villa prefata tabernam pistrinum macellum sutorium et fabricam habebit pro sua utilitate. De indicato vero tercius denarius eidem sculteto

cedet. Item in decursu aque iuxta fluvium in silva intra limites hereditatis eiusdem nos habebimus duas clausuras pro captura piscium que vocantur wlgariter iazi et piscatorem et ipse scultetus eciam duas clausuras et piscatorem pro se habebit. Et incolis hereditatis eiusdem piscari licebit pro utilitate ipsorum circa et intra clausuras easdem sine nostro et eiusdem sculteti nocumento. Damus eciam eidem sculteto pratum cum agro eidem prato contiguo situm in fine mansorum villanorum protendens se ad viam magnam et usque ad fossatum et rubetum versus silvam. Item dicti incole tenebuntur nobis procurare currum vacuum cum duobus equis de sex mansis ordinarie quando pro ordinandis domus nostre negociis quoquam transituri continget. Eciam molere debent in nostris molendinis annonas suas insuper memorati incole tribus diebus in quolibet anno arare nobis tenebuntur. Ceterum scultetus et incole sepedicti servicia et honores secundum ius predictum nobis exhibe~~re tene~~bunt. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi dedimus nostro et conventus nostri sigillis munitas. Actum et datum in Lynda monasterio nostro in die beati Johannis baptiste anno domini M° CCC° XXX° VIII° presentibus fratribus nostri conventus Alberto priore Johanne suppriore Nycolao cellerario Arnoldo portario et aliis pluribus.

Cop. et coll.
15. XII. 82. P.

84 210

Fr. Theodoricus de Lichtenhayn comendator in Tuchela 1339 Jan. 22, in Tuchela;

[Kod. Pol. t. 2, nr. 490.]

Nos Frater Theodoricus de Lichtenhayn dictus Commendator in Tuchela publicare cupimus universis praesentia audire contingentibus: quod sortem illius haereditatis, quae Welun appellatur circa Lachow sitam, cum pratis Lachow nominatis et cum lacubus, qui Streszchin et Nistron vulgariter nuncupantur, cum gadibus decurrentibus ad eos, quod apud Joannem dictum de Valdow et filijs (sic) suis (sic) pro nostris denarijs viginti marcarum juramento circa dominum Nicolaum Abbatem de Pissovia cum fratribus suis obtentis comparavimus vice versa nullatenus redimendis. Post haec vero visis privilegijs super Welin et Glink (sic) rectissime cognoscentes, quod ad easdem ab antiquo pertinebat, alleviare cupientes conscientias nostras praedictam sortem cum lacubus et gadibus et pratis domino Joanni Abbati de Pissovia et Fratribus ejus pro dictis viginti marcis de consensu fratrum nostrorum resignavimus possidendas cum omnibus utilitatibus, quas sibi in ijsdem terminis poterunt comparare,

et

Cod. M. Pol. nr. 490 (T. 671)

et ne alicui scrupulus dubietatis inde debeat suboriri, praesentes literas nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Datum in Tuchela in die beati Vincentij Levitae et Martyris gloriosi, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, praesentibus his testibus: domino Alberto sacerdote, Fratre Conrado Vullecop, Fratre Henrico de Colonia, qui sunt Fratres Ordinis, domino Conrado plebano in Tuchela, Mathia de Wyssok, Joanne de Sommyn, Nicolao dicto Misener advocato in Tuchela, et alijs multis fide dignis.

lor

[Kod. Pol. t. 3., nr. 90.]

1339 (d. ~~31~~ maji) [11. VI.]
21.

In nomine domini. Amen. Ne res gestas coram magnificencia Regum aboleat processus temporum, oportunum est, ut eas roboret solempnis tytulus litterarum. Eapropter Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, vniuersorum noticie, tam presencium, quam futurorum, presentibus declaramus: Quod uenientes ad nostram nostrorumque Baronum presenciam vir Nobilis Pelka castellanus Sechouiensis, vna cum sua consorte domina Margareta, pari consensu et vnanimi uoluntate, sani mente et corpore existentes, non compulsi, nec coacti, sed de bona et matura deliberacione suorum animorum, uolentes pocius proprio sanguine fauere, quam alijeno (sic), motique uisceribus caritatis, sue filie vterine, coniugi Nemerze de Goloza, domine Czudcze, omnes hereditates ipsorum, iste (sic) que ipsum ex successione paternali contingebant, videlicet Sochow, Wola, Tarnowecz, cum duabus villis Tarnowecz, similiter uocatis, cum castro, Scitniki, Grusow, Borzysow, wlgariter dictis, et illa (sic) hereditatem dotaliciam, videlicet Sobossow sic nuncupatam, secundum quod in suis metis et terminis circumferencialiter sunt distincte siue limitate, cum omnibus vtilitatibus, vsibus, fructibus et vniuersis pertinencijs ad easdem spectantibus, ac toto dominio, post mortem suam, a se et a suis omnibus propinquis libere dederunt, ac coram nobis resignarunt, eidem domine Czudcze vxori Nemerze, et suis progenitis legittimis in perpetuum tenendas, possidendas et habendas, donandas, uendendas, commutandas, pro suaque et suorum posterorum uoluntate conuertendas, iuxta quod sibi et suis posteris uidebitur utilius expedire; pro quo nobis ex utraque parte preces multimodas obtulerunt, ut hoc, quod inter ipsos lucide extitit ordinatum siue factum, nostro Regio consensu et assensu dignaremur confirmare. Nos igitur precibus ipsorum benignius inclinati, resignacionem illorum et sucepcionem (sic) istius ratam et gratam habentes, presentibus confirmamus; dantes prefate domine Czudcze et suis progenitis presentem litteram roboratam nostro sigillo Regali, in testimonium et Robur perpetue firmitatis. Actum in Cracouia feria secunda in Octauis Corporis Christi. Anno domini

M. CCC. xxx. Nono. Presentibus hijs Nobilibus nostris, Petro Castellano Sandomiriensi, Floriano Cancellario Lanciciensi, Jascone Castellano de Polanecz, Thoma Castellano Beyczensi, Jascone Subcamerario, Pripcone Subiudice Cracouiensibus. Datum per manus domini Segnei Prepositi sancti Michaelis in Castro Cracouiensi et vicecancellarij Curie nostre.

Z oryginału pergaminowego do Księcia Władysława Sanguszki należącego, u którego tylko czerwony sznurek jedwabny od wiszącej niegdyś pieczęci pozostał.

[Zb. Perzanowski: Opactwo lubińskie, nr. 63. 86. pag. 130 b.
212

Fr. Jacobus abbas monasterii Lubinens. 1340 s.d., Lubiń

In nomine Domini amen. Quoniam sepius a memoria recedit hominum quod scripto, bono testimonio non confirmatur, x noverint igitur universi presentes et futuri presentem paginam inspecturi, quod nos frater Jacobus divina miseracione abbas monasterii Lubinensis cum conventu fratrum nostrorum intuentes fidelia servicia et obsequia Venceslai filii quondam Bartholomei sculteti de Garby confirmamus et conferimus sibi et posteris suis eandem sculteciam perpetue cum omni iure quo predecessor suus tenuit, videlicet tres mansos liberos, quatuor ortos, tabernam, pistrinum, sutoriam, macellum, fabrum et tercium denarium de iudicio, resignaciones et tercium denarium de iuramentis, venacionem minorem, ut agitet leporem, aves capiat, pardices et swasones. Hec omnia predictus Venceslaus et sui posteri perpetue libere possidebunt. Incole vero predicte ville nobis et successoribus nostris censum dare tenebuntur annuatim de quolibet manso octo mensuras triplicis annone, duas mensuras tritici, duas avene, quatuor siliginis et quatuor scotos usualis monete. Prefati vero villani nobis ter in anno arare tenebuntur. Honorare eciam nos et successores nostros tenebuntur supradicti villani quolibet anno ad diem Pasce de quolibet manso decem ova et unum latus carnium pro tribus scotis. Superius vero

nominati

nominati villani nobis et successoribus nostris ter in anno prandium dare tenebuntur, unum scultetus, duo Kmetones, vel pro quolibet prandio tres scotos. Supradictus scultetus et sui posteri nobis et successoribus nostris servire cum equo pro marca grossorum in damno nostro perpetuo tenebuntur. Et ne in processu temporis memoratus scultetus in predicta hereditate impediatur, presentem litteram scribi fecimus, ipsam quoque nostri et nostri Capituli sigillorum munimine duximus roborandam. Datum Lubin sub anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

[Perlbach]

18

85.

213

Kölner Cop. fol. 34ª n. 73.

Fr. Mathias abbas monaster. Landensis 1340, Februar 2, Lad in Landa;

Abt Matthias von Lad setzt das Dorf Swancza zu deutschem Recht aus und verleiht dem Albert das Schulzenamt daselbst.

Privilegium super scotteciam in Swancza

In nomine domini amen. Noverint universi presentes litteras inspectu-
ri et audituri, quod nos frater Mathias abbas monasterii Landnensis
Cisterciensis Gneznensis diocesis de voluntate et consensu fratrum conventus)
ordinis nostri discreto viro Alberto hereditatem nostram et nostri
monasterii predicti que Swancza wlgariter nuncupatur iure Theu-
tunico ad locandum exposuimus sub hac que sequitur ordinacione
ita videlicet, quod dictus Albertus in predicta hereditate seu villa
sculteciam retinens duos mansos liberos racione locacionis here-
ditatis eiusdem cum liberis suis et legittimis successoribus im-
perpetuum hereditarie pacifice possidebit. Incole vero predicte he-
reditatis, qui vocati per eundem nostrum scoltetum noviter ve-
nient, habebunt libertatem omnimodam infra sex annos a data
presencium conputandos. Duobus autem annis libertatis eiusdem
primis a solucione decime liberi, quatuor annis reliquis decimam
manipulatam de agris extirpatis nobis solvent, illis qui dudum
in eadem hereditate manent in solucione quam solvunt per-
sistentibus eadem libertate durante, quibus annis libertatis elapsis
incole predicti omnes et singuli racione census decimalis de
quolibet manso quatuor mensuras siliginis totidem avene duas
mensuras tritici et duas ordei et fertonem denariorum tene-
buntur et in monastererecio(!) nostro integraliter assignare. Item
idem scoltetus cum suis posteris thabernam, macellum, pistrinum,
sutorium, ortum liberum habebit et borram intra terminos hereditatis eiusdem
in qua borra sive mellificia voluerit ampliare, ipsum iuvabimus ponentes

duas partes denariorum nostrorum ad ipsius terciam partem pro labore informandorum seu ampliandorum mellificiorum predictorum, de melle autem quando provenerit de mellificiis prefatis terciam partem habebit de iudicio vero sive iudicato dictus scoltetus tercium denarium obtinebit. Insuper incole memorati ter in anno nobis arabunt, eciam currum vacuum cum duobus equis de sex mansis ordinare nobis assignabunt in quo expense nostre post nos duci debeant, quando per terram in qua degimus transibimus in negociis nostris et domus nostre ordinandis. Ceterum scoltetus sepedictus servicia nobis faciet prout alii scolteti terre dominis suis facere consueverunt. In cuius rei testimonium presentes litteras sibi dedimus nostri et conventus nostri sigillorum appensione munitas. Actum et datum in Landa monasterio nostro predicto in die purificacionis beate Marie virginis anno domini millesimo CCC° XL° presentibus fratribus nostris Alberto priore, Hermanno subpriore Nicolao celerario, Arnoldo portario et aliis fratribus conventus nostri.

Cop. A coll.
~~24~~ 15.XII.82 P.

1340. Theiner

Benedictus pp. XII. Casimiro regi Poloniae concedit, ut in suum regnique sui subsidium verbum Crucis contra Tartaros praedicetur.

Benedictus episcopus [servus servorum Dei]. Carissimo in Christo filio Kazimiro regi Polonie illustri salutem [et apostolicam benedictionem]. Apostolice sollicitudinis zelus, quo mentalibus oculis universas professionis Christiane provincias lustrare compellimur, propensius nos inducit, pro salute tuenda fidelium et eorum periclitatione vitanda non solum manifesta pericula, sed suspecta vereri, nec provisionem differre cautele, ut quanto maiora timentur esse dispendia, tanto promptiori et perfectiori provisione ante tempus per opportuna remedia periculorum eventibus occurratur. Sane nuper tua serenitas per suas litteras nostro apostolatui patefecit, quod gens perfida Tartarorum in tenebris ambulans, carensque lumine catholice veritatis, prophana cogitatione considerans, quod regnum tuum Polonie, quod a fidelibus habitatur, est in ultimis Christianorum finibus constitutum, et quod propterea ad impugnationem regni prefati eisdem Tartaris absque catholicorum principum et aliorum fidelium obice iuxta prophanos conceptus ipsorum facilior via patet, dictum regnum et Christianos habitatores ipsius invadere et destruere feris et feribundis animis conceperunt: ita quod ad tuum fidedigna relatione pervenit auditum, quod dicti Tartari huiusmodi conceptus iniquos continere sub clave silentii nequeuntes, pretensis occasionibus frivolis publice comminantur, quod ipsi ad invasionem et destructionem regni prefati et desolationem fidelium habitantium in eodem, et religionem catholicam inibi prophanandam, conflatis potentie sue viribus, infra breve tempus hostiliter properabunt: propter quod tu attendens, quod dictum regnum est ecclesie Romane immediate subiectum et etiam censuale, et quod tam tu, quam habitatores regni predicti estis eiusdem ecclesie peculiares filii et fideles, et quod ex impugnatione dicti regni, si quod absit, dictorum Tartarorum rabiosa presumptio procederet ad eandem, non solum dictum regnum eiusque incole, quinimo ceteri fideles dicto regno tam proximi, quam remoti procul dubio diris adversitatibus lederentur, nostrum in hac parte et per nos promptum aliorum fidelium subsidium et presidium humiliter implorasti. Nos igitur attendentes, quod in defensione et tuitione regni predicti non solum tua et eiusdem regni, sed aliorum fidelium vicinorum, et etiam, ut premittitur, remotorum salubritas agitur et securitas procuratur, et barbarice feritatis audacia facilius, Deo propitio, in suis poterit refrenari et collidi principiis, quam si nullo parato resistente obice, permitteretur liberius in Christianum sanguinem desevire, considerantes etiam urgentem et probabilem tue supplicationis instantiam, votis tuis super premissis

·/· eo libentius annuendum fore prouidimus, quo illa apostolici fauoris
fulcienda et iuuanda presidiis magis vtile et expediens extimamus. Pre-
missis igitur attenta meditatione pensatis, supplicationem tuam in hac
parte benignius admittentes, vt sinceritas tua aduersus eosdem Tarta-
ros fidelium inimicos, qui dudum, sicut infanda experientia docuit,
dictum regnum et nonnullas alias terras fidelium et personas eorum
per crudelis impugnationis et expugnationis excidium destruxerunt,
diuino, vt speramus, fulta subsidio et aliorum fidelium crucis Christi
signaculo munitorum suffragio communita, defensionem eiusdem
regni et incolarum ipsius contra dictam barbaricam nationem po-
tenter assumere valeat et feliciter exercere, predicationem crucis in
auxilium tuum et regni prefati per nostras litteras duximus conce-
dendam, ac venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Gneznen-
si et .. Cracouiensi ac .. Wratislauiensi episcopis per alias nostras
dedimus litteras in mandatis, vt ipsi et eorum quilibet per se et alias
personas ecclesiasticas seculares et regulares ordinum quorumcunque,
quas ad hoc idoneas esse cognouerint, in eodem Polonie ac Vngarie
et Boemie regnis contra prefatos Tartaros et quoscunque alios infi-
deles volentes ac presumentes inuadere seu offendere te et dictum re-
gnum Polonie ac habitatores ipsius, proponant iuxta datam eis
a Deo prudentiam verbum Crucis, venerabile signum eius tam tuis
quam aliorum fidelium incolarum regnorum predictorum illam
deuote suscipere volentium humeris affigendo, eosque suis exhorta-
tionibus et instantiis inducendo, vt predictum negotium contra
Tartaros et infideles prefatos feruenter assumant et viriliter pro-
sequantur. Et vt ipsi fideles tanto feruentius atque libentius pre-
missa prosequi studeant, quanto ex suis laboribus potiorem gra-
tiam se nouerint percepturos, nos de omnipotentis Dei miseri-
cordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli auctoritate
confisi et illa, quam nobis Deus licet indignis ligandi atque soluendi
contulit, potestate, eisdem fidelibus, qui tecum vel cum tuo exercitu
in personis propriis et expensis infra triennium inchoandum ab eo
tempore, quo prefate littere tibi fuerint assignate, per vnum annum
continue vel interpolatim eiusdem tamen triennii, in dicti prosecu-
tione negotii fuerint commorati, tibique statim, cum in persona
propria contra dictos Tartaros duxeris procedendum, nec non et
illis, qui in dicti prosecutione negotii decesserint, vel in prosecutio-
ne huiusmodi vulnerati fuerint, etiam si alibi vbicunque ex ta-
libus vulneribus decedere eos contingat, illam suorum peccami-
num, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, per
dictas litteras veniam duximus indulgendam, que conceditur
per sedem apostolicam transfretantibus in subsidium terre sancte,
et in retributionem iustorum salutis eterne pollicemur augmen-
tum: eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint,
sed in suis duntaxat expensis iuxta facultatem et qualitatem su-
am bellatores idoneos destinabunt, per tempus, quod supra di-
·/·

./. citur, in huiusmodi prosecutione negotii moraturos, et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis illuc accesserint per tempus moraturi predictum, eandem suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis voluimus et concessimus esse participes iuxta quantitatem presidii et devotionis affectum omnes, qui ad subventionem dicti negotii de bonis suis congrue ministrabunt, et circa predicta auxilium et consilium impenderint opportunum. Tu igitur scuto fidei et salutis galea communitus, ac figens in Domino anchoram spei tue, si per similes coniecturas vel presumptionis probabilis argumenta colligere poteris, quod eadem gens barbara Tartarorum premissa forsitan presumere moliatur, forti animo esto, tuam tuorumque subditorum mentem corroborans et confortans, quia potens est dominus habitans in excelsis, iuvare sperantes in eo, infidelium conterere animos et deprimere cornua superborum. Datum Avinione kal. Augusti, [pontificatus nostri] anno sexto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 958, str. 637.

1340.

Benedictus pp. XII. archiepiscopo Gneznensi ac Cracoviensi et Vratislaviensi episcopis mandat, ut in Polonia, Hungaria et Bohemia contra Tartaros verbum Crucis praedicent.

Benedictus episcopus [servus servorum Dei]. Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Gneznensi et .. Cracoviensi ac .. Wratislaviensi episcopis salutem [et apostolicam benedictionem]. Apostolice sollicitudinis zelus etc. (ut supra usque duximus concedendam). Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos et quilibet vestrum per vos et alias personas etc. (ut ibidem usque idoneas esse noveritis etc. usque habitatores ipsius proponatis iuxta datam a Deo vobis prudentiam, et verbum crucis et venerabile signum eius tam eiusdem regis, quam aliorum fidelium incolarum predictorum illam devote suscipere volentium, humeris affigatis, eosdem vestris exhortationibus et instantiis inducentes, ut etc. (usque impenderint). Porro ad huiusmodi tam ardui et salubris negotii efficaciam vos et quilibet vestrum per vos vel per alium seu alios in dictis regnis in certis locis idoneis, de quibus vobis videbitur, cleros et populos convocantes, concessionem huiusmodi indulgentie solemniter publicare dictosque fideles ad huiusmodi pii negotii

./. prosecutionem inducere et predicta fideliter exequi studeatis. Datum Avinione Kal. Augusti, pontificatus nostri anno sexto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 959, str. 638.

216

Dupie. a. 1340. d. 29 m. Decembris.

Quidam Spytko Michaeli famulo suo sculteciam in villa Dupie vendit. Ks. M. 14. 394.

[Wierzbowski, T. 1, Suppl. nr. 13. Reg.]

1340. In nomine domini amen. Ne res gestas obliterati decursus temporis confringat eas solempnis titulus litterarum confirmet. Igitur noverint universi presentes atque futuri Quod ego Spithko servitori Michaeli et ipsius legittimis successoribus sculteciam in villa mea Dupye vulgariter locata Iure theutonico videlicet Novicabergensi pro tribus marcis grossorum voluntarius vendendo in hunc modum cum mansis septem quos in eadem villa idem scultetus emensus habet Ex hijs mansis unum libere iam dictus scultetus pro se perhenniter retinebit. Macellam vero et Stabernas et pisternas et Bancos et lutifigulum et omnium negociatorum officia ibidem commoranciam memoratus scultetus eciam tenebit. Item predicta villa habet granicies incipiendo in gadis et eundo per viam que ducit in Grabno et quemcunque poteret idem scultetus fructum in suis gadis invenire sivat venacionem quamcunque preter castorem de quo sit licencia heredis. Item prata que dicitur gadba habebit legittime. Heres vero ad Iudiciam magnum meltercius ad prandium veniat aut octo grossos pro prandio recipiat. In causis vero iudicialibus magnis et parvis scultetus tercium denarium pro se retinebit. Ut eo melius prefatus scultetus villam supra notatalam posset reformare a data autem presencium infra octo annos a me et a meis progenitoribus habeant omnimodam libertatem, elapsa autem

Sieradzkie

libertate Idem scultetus de quolibet manso preter ipsius uno libero micho et meis sequentibus decem grossos annuatim in festo Sancti Martini et ad quamlibet expedicionem duos grossos tenebuntur. Unum diem ad estivalia alium ad hiemalia arabunt nobis Pro honore in vigilia Nativitatis domini nostri Jesu Christi unam pernam pro quatuor grossos et in pasca de quolibet manso unum caseum et decem ova singulis annis dabunt. Item si quis fatus heres in villa predicta ei iure facto Kmetonibus iniuriam intulerit et aliquos fugabit et mansos desertos faciet scultetus vero ostendens iniuriam illatam congrua probacione et illos? de agris desertis censum et alia tributa non tenebitur dare heredi suo. In cuius testimonium datum et actum in Dupye sexta feria in crastino

29 Decemb) Innocentum. Anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo. Presentibus hijs testibus

Nicolao herede de Maluza
Genero suo Nicolao Poderlodowe
Floriano plebano Krzesothkow
Michaele de Corablowo
Jacobo Stilicone
Bertrammo Hectore de Britton

et multis alijs fidedignis

conf. a Kasimir. 1490. Piotrcoviae

1341. Lud. Rel. V, 31 nr -217-

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie etc. ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod [a)] cum serenissimus princeps, dominus Iohannes rex Boemie, comes Luxenburgensis et dominus Carolus primogenitus eius, marchio Morauie, fratres nostri carissimi, inclitam Margaretam comitissam palatinam [b)] Rheni, ducissam Bauarie [c)], dicti domini regis filiam ac domini marchionis sororem felicis memorie dudum nomine iuramenti tradere promiserint [d)] matrimonialiter in vxorem, nos quoque eodem nomine promiserimus viceuersa ipsos fratres nostros semper et in omnibus tanquam fratres vterinos tenere et sicut nosmet ipsos prosequi contra omnem hominem et iuuare, cumque nobis tandem iuxta vocacionem et informacionem [e)] ipsorum pro consumando matrimonio et nupcijs celebrandis venientibus, dicta domina Margareta sponsa nostra carissima pie recordacionis, Deo volente viam sit vniuerse carnis ingressa, propter hoc ligam seu vinculum dileccionis et fidei ipsorum ex nostro ingenti desiderio initum, inter nos vtrobique taliter (initum) et firmatum, deperire nolentes aliqualiter aut corrumpi, quam vt ipsum pocius ampliori firmitate et sinceriori federe roboretur ac vigeat iugiter ac persistat, prestito tactis per nos sacrosanctis euangelijs iuramento corporali, promisimus et promittimus in his scriptis, antedictum dominum marchionem fratrem nostrum, adhuc, exnunc, in antea semper et vbique, quamdiu Domino fauente vixerimus, tanquam fratrem vterinum tenere, suumque ac terrarum suarum profectum, honorem, commodum pro omni posse ac tota diligencia fideliter procurare et sibi in terris suis cum nostra persona, rebus ac potencia nostra adesse et contra omnem hominem viuentem omni fraude et doli scrupulo procul motis, nullo prorsus excluso, cuiuscunque condicionis aut status existat, firmiter adherere, eumque in singulis negocijs eucnientibus et necessitatibus suis prosequi et iuuare consilijs, auxilijs et iuuaminibus opportunis. Hoc solum expresso, quod nisi processu solo temporis ipsum dominum marchionem cum excellentissimo principe, domino Carolo rege Hungarie illustri, fratre nostro, guerram suscitare et terras ipsius manu potenti intrare contingeret, extunc licebit nobis et poterimus ac tenebimur cum ipso domino rege Hungarie stare et eum in suis terris duntaxat ad defendendum easdem contra prefatum dominum marchionem pro viribus adiuuare. Si vero idem dominus rex Hungarie terras ipsius domini marchionis similiter deuastaturus intraret, extunc pro defensione eiusdem marchionis et terrarum suarum cum ipso tanquam fratre vterino stare et eum adiuuare tenebimur et spondemus toto virium nostrarum omnium potentatu. In quorum omnium testimonium pre-

/. sentes literas fieri et sigillis nostris jussimus communiri. Actum Prage, presentibus: venerabili domino Johanne Olomucensi episcopo et illustri principe, domino Nicolao ~~A~~ Ratiboric duce, necnon nobilibus viris: Heymanno de Duba, domino in Nachod f), Johanne dicto Tura g) subcamerario h) Cracouiensi, Matzkone Berkwicz i) castellano Landensi k) et Segnio preposito sancti Michaelis in castro Cracouiensi, viceancellario aule nostre, testibus ad hec premissa vocatis specialiter et rogatis, quorum eciam sigilla ad maiorem euidenciam et concordie unionem presentibus sunt appensa. Datum per manus eiusdem vicecancellarij nostri Segnii, anno Domini M CCC XL I, in die ~~Marg~~ (beate) Margarethe virginis.

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 501, N. 31,
Chytil: Codex diplom. et epist. Moraviae, Tom VII, vol. 1, N. 334.
Sprostowane mylki: a) qui, b) palatinatus, c) Bavarorum, d) promiserit, e) confoederationem, f) Nochad, g) Turas, h) subcancellario, i) ~~b~~ Matzkone barone, k) Lautensi.

[Stronczyński, nr. 90]

Confirmatio pacis Olgerdianae per Kiejstutum, Lubartum, Georgium Narymuntowicz et Georgium Koriatowicz duces Lithuanos ex una, et Kazimirum regem Poloniae, Semovitum et Kazimirum, duces Masoviae, ex altera parte.

Widay to kazdyj czelowik, kto na toy lyst posmotryt, Oże ia Kniaź Jewnutyj i Kystutyj i Lubart, Juryj Narymontowycz, Juryj Koriatowycz, czynymo myr twerdyj, i s Korolem Kazymyrom Polskym i Somowytom i so icho bratom Kazymyrom Mazowskym, i so icho zemlamy: Krakowskoiu, i Sudomyrskoiu, Syrazskoiu, Kuiawskoiu, Łuczyczskoiu, Dobrynskoiu, Płotskoiu, Mazowskoiu, Lublynskoiu, Setichowskoiu, i so Lwowskoiu, a za Welkoho Kniazia Olkirta, i za Koriata, i za Patrykyia, i za ich ~~syna~~ syny my i slubuiem tot myr derżaty wilmy twerdo, bez owsiakoj chytrosty, ne zaymaty nam Korolewy zemli, ny icho ludy i szto icho sluchaiut, Korolewy derżaty Lwowskuiu zemliu y spolna, a nam derżaty Wolodymirskuiu, Luckuiu, Betzkuiu, Cholmskuiu, Berestynskuiu y spolnaż, a myr ot Pokrowa Bohorodyci do Iwania dne do Kupal, a ot Iwania dne za 2 lit, a horodow u Ruskoy zemly nowych ne stawyty, ny sożennoho ne rubyty, dokola myr stoit za 2 lit, a Kremianec derżaty Juriu Narymontowyczu ot Kniazyj Lytowskych, i ot Korola za 2 lit, a horoda ne rubyty, a koly myr stanet, Juriu Kniaziu choroda tyszytysia, a że poydet Uhorskyj Korol na Lytwu, Polskomu Korolewy pomahaty, a że poydet na Ruś szto Lytwy sluszaiet, Korolewy ne pomahaty, a poydetly Car na Lachy, a lubo na Kniazy temnyj, Kniazem Lytowskym pomahaty, a że poydut na Ruś szto Korola sluszaiet, Lytowskym Kniazem ne pomahaty, a pro Lubartowo iatstwo, choczem icho postawyty na sudi pered pany Uhorskymy, po yzestwi Swiataho Ducha za 2 nedily, Lytowskym Kniazem staty u Cholmi, a Korolewy u Stoczci, kde smolwiat tut budet sud, tiahatysia ys Korolem, budetly iat icho Korol po krywdi, Lubart budet praw, i ia Kniaź Kystutyj budu praw pered Wohorskym Korolem, budetly Korol praw nam swoicho brata Lubarta daty Uhorskomu.

Korolewy ŭiatstwo, a koly bŭdet po myrŭ, kto ne ŭschoczet daliy myrŭ deržaty, tot otpowist', a po otpowidi no i stoiaty myrŭ za misiac, a že poy-dŭt Tarowe na Lwowskŭiŭ zemlŭ, tohda Rŭssy na Lwowci ne pomahaty, a že poydŭt Tarowe na La-chy, tohda Rŭssy ne wola poyty y s Tatary, a ŭ tom peremiry kto komŭ krywo ŭczynyt, nadobi sia ŭpomynaty starÿszemŭ, i ŭczynyty tomŭ y-sprawŭ, ŭczynyt kotoryj dobryj czełowik krywdŭ, lubo woiewoda, a lubo pan ŭczynyty y sprawŭ i snym, a že sam nemožet zaplatyty tot istyńnyj, szto že ułožał icho ŭ wynŭ, choczetly sam Korol zaplatyty zań, a icho didyczstwo sobi wziaty, neŭschoczet'ly Korol sam zaplatyty, dast' tomŭ to dyczstwo, kto icho potiažet, a za izbiha mo-žem icho dobyty i wydaty, a že icho ne možem dobyty, možem icho iska s oboiŭ storonŭ, a že pobihnet Rŭssyn a lubo Rŭska, ity wo Lwow, ity cholop czy, ity roba, wydaty icho, a szto toy hra-moti pysano, tŭiŭ prawdie Lytowskym Knia-žem deržaty a na toiesmy daty swoie peczaty.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Pieczęć oderwana.

Stronczyński: Wzory N. 90, str. 98 (bez podob.)

[Wiśniewski, s. 424-429.] 219
1342

Privilegium Fundationis ad Ecclesiam Parochialem Malogostensem.

Stephanus Dei grtia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae Masoviae Samogitiae, Livoniae etc Princeps Transilvaniae. Significamus praesentibus litteris Nostris, quorum interest, universis et singulis. Exhibitam esse nobis Vblis Petri Tyliczki praepositi Gnesnen. Cracovien. Posnanien. Praemislien. ac Canonici Regni nostri Secretarii majoris, nomine Privilegium Serenissimi olim Casimiri quarti praedecessoris nostri, quo ille privilegium aliud a divo item Casimiro Poloniae Rege antecessore suo Ecclesiae Parochiali in Malogoscz datum, innovat, comprobat et confirmat, sanum quidem et integrum, ac ab omni vitio suspicione immune, sigilloque Regni pensili communitum. Cujus verborum series a verbo ad verbum est talis. In Nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam, ne error gestis suo tempore versantibus in posterum pariat detrimenta, alta regum et principum consilia decreverunt ea litterarum apicibus et fstium annotatione perhenari ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Kazimirus quartus Dei grtia Rex Poloniae, Magnus Dux Litvaniae, nec non Terrarum Cracovien. Sandomirien. Siradien. Lanciciae, Cuiaviae Pomeraniaeque Russiae etc Dominus et Haeres, significamus tenore praesentium, quibus expedit universis et futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo in nostrae Majestatis praesentia constitutus personaliter Honorabilis Nicolaus in Malogoscz Plebanus et Canonicus Sandomirien. Ecclesiarum, Confessor et Praedicator Serenissimae Principis Dominae Zophiae Reginae Poloniae ac Genitricis nostrae carissimae Nosterque dilectus, quoddam privilegium Serenissimi Principis Cazimiri divae memoriae Regis Poloniae praedecessoris nostri, vetustate confectum instancius supplicans Nobis obtulit, quatenus sibi dictum privilegium ex innata Nostrae Celsitudinis clementia ratificare, approbare, innovare et confirmare dignaremur, cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur, estque talis. In nomine Domini Amen. Vere dignum et iustum est, ut ad laudem et gloriam Regis regum omnium bona temporalia devotione sincera tri=

buantur, a quo non solum potestas seculi sed eciam cuncta bona prae-
sentia et aeterna fidelibus misericorditer tribuuntur. Proinde nos Casi-
mirus Dei gratia Rex Poloniae cognoscentes ab eius miseratione huius
Regni gubernacula suscepisse, per quam reges regnant et principes
dominantur, ad honorem ipsius et cultus augmentum suorumque
commodum ministrorum. Consideratis eciam attente fidelibus et uti-
libus servitiis, quae Nobis Honorabilis Joannes in Malogoscz Pleba-
nus Canonicus Cracovien. Archidiaconus Sandomirien. nuper prom-
pta exhibuit voluntate, pro Nostris et regni nostri certis nego-
tiis ad Sedem Apostolicam personaliter laborando, et nunc exhibet
assiduis consiliis et auxiliis Nobis assistens opportunis. Praemis-
sorum intuitu cupientes suam retributionem condignam honorare
et consolari personam eius exigentibus meritum, sibi et Ecclesiae
suae in Malogoscz Oppido Nostro partem oppidi sub Ecclesia iacen-
tem continentem donamus, conferimus ad longitudinem unius sta-
dii a cimiterio eundo in circuitum versus ortum solis, ad latitudi-
nem quae continetur inter duas vias, quae viae progressive va-
dunt ex utraque parte dictae longitudinis et latitudinis videlicet
una via in Laszochow, altera in Kozlow, tibi praefato Plebano et su-
ae Ecclesiae conferimus, donamus et nunc damus iure haereditario
per ipsum Honorabilem Joannem Plebanum et eius successoribus per-
petuis temporibus dictam partem oppidi haberi possiden. tenen-
dam, locan. iure Polonico vel Theutonico, tali ordine, quod praefa-
tus Hblis Joannes Plebanus ad voluntatem et ad suum libitum
pro utilitate Ecclesiae suae homines utriusque sexus potest vo-
care, locare, libertatem conferre, dare, aedificare omnes Mechani-
cos videlicet sartores, sutores, mercatores, carnifices, pistores, taber-
natores.. conservare iure haereditario, sub civili consuetudi-
ne, et Iure Theutonico, vel prout sibi melius videbitur. Ex quibus
oppidanis nostrae donationis duos providos oppidanos videlicet Petrum
Peto et Nicolaum Slowik vulgariter nuncupatos elegimus, ordinavi-
mus et nunc deputamus et damus, exhibeant et faciant servitia in Ecclesia

ibidem in Malogoszcz, tali ordine et consuetudine, videlicet, ministrabant, pulsabant, purgabant, quam in Cathedralibus Ecclesiis aut Collegiatis Sanctuarii alias Swiątniczij serviunt et servire consueverunt, quos eximimus ab omnibus exactionibus, contributionibus, datiis Nostris quibusvis laboribus et censibus, et eorum successores ab omnibus exactionibus liberos facien. omnibusque oppidanis praefatae Nostrae donationis, ex speciali gratia conferimus, damus, ut sint distincti, divisi et liminitati ab omnibus obedientiis, consuetudinibus, servitiis dicti oppidi nostri Malogoszcz duntaxat Plebano tanquam suo Domino in omnibus debent obedire et contra ipsos querulantibus, coram suo Dno respondere tenebuntur, et iste locus nostrae donationis nuncupabitur Subtemplaniis alias Podkościelne. Volentes providere Ecclesiam Nostrae collationis in dicta Malogoszcz, ne in posterum pro cultu divino defectum viui pateret, de salubri consilio Nostrae Majestatis cum deliberatione conferimus, donamus et nunc damus de mensa nostra dicto Plebano et suis successoribus de nostro Theloneo nonam hebdomadam ibidem in dicta Malogoszcz, similiter in Curzelow nonam et in Chacziny, salvo ordine et conditione. Defluxis octo Hebdomadis nostri Thelonei praefato Plebano intra tres hebdomadas coniunctim vel divisim in dictis oppidis omnes negotiatores de theloneo debent respondere, solvere, dare de omnibus et singulis negotiis, sub tali jure et consuetudine, quemadmodum pro Nostra mensa solvere consueverunt, non obstantibus aliquibus litteris aut libertatibus propter voraginem ignis, nec etiam aliquibus litteris specialibus prout negociatores habere consueverunt, omnes et singuli negociatores, mercatores, Nobiles, Civitatenses, villani cujuscunque conditionis et eminentiae extiterint, sine quavis contradictione theloneum pro dicta Ecclesia solvere tenebuntur, perpetuo et in aevum, sub amissione suorum negotiationum et mercantium, quae pro tempore habebunt et habent. Volentes adhuc decentius et pinguius Ecclesiam in Malogoszcz nostrae Collationis donare et relevare, agros in quibus est Ecclesia sita et aedificata in honorem Sanctae Virginis Margarethae et S. Nicolai Confessoris omnes et singulos agros praedii Nostri inchoando ab Ecclesia

sylvas, borras, nemora, cum omnibus mellificiis, utilitatibus progressive ten-
dendo versus occasum solis usque ad fluvium nuncupatum Pirznicza, in
quibus silvis, agris, borris propter evidentius testimonium, ex certis re-
spectibus sunt signa certa demonstrationis videlicet in agris monti-
culus dictus Rabinek, sylvae Sabianow nuncupata. Borra lapi-
deus mons alias Kamienna gora. haec omnia et singula praedicto
Hubli Joanni Plebano et Ecclesiae suae in dicta Malogoscz jure hae-
reditario et successoribus eius conferimus, donavimus, damusque
perpetualiter et in aevum. Latitudinem viarum superius descripta-
rum, duntaxat non excedendo. Adhuc volentes providere melius
Ecclesiam praefatam in Malogoscz intuitu salutis nostrae ad hono-
rem et laudem Dei omnipotentis a quo bona cuncta praesentia et ae-
terna fidelibus misericorditer tribuuntur, ejusque cultus augmentum
suorumque commodum ministrorum, memoran. et consideran. atten-
te, fidelibus et utilibus servitiis quae Nobis Hublis Joannes in Malo-
goscz Plebanus Cancus Cracovien. et Archidiaconus Sandomirien. Eccle-
siarum prompte exhibuit voluntate pro Nostro et Regni Nostri uti-
litate ad Sedem Apostolicam personaliter laborando, ut est supe-
rius praemissum. Cupientes suam condignam retributionem consola-
ri personam eius merit. exigentibus, sibi et Ecclesiae suae in Ma-
logoscz villam nostram nuncupatam Popowicze sitam seu locatam
iuxta fluvium dictum Nida, cum utraque rippa dicti fluvii et om-
nibus fontibus, cmethonibus, tabernatoribus, hortulanis, molendi-
nis, agris, pratis, sylvis, borris, mellificiis, censibus, redditibus, juri-
bus, utilitatibus, quae ad Nos pertinebant et in hactenus pertinent
de mera Nostra conferimus, donavimus, donamus et nunc damus
jure haereditario per ipsum Hublem Joannem et eius successores perpe-
tuis temporibus haben., possiden., tenen., et locan. jure Polonico
vel Theutonico pro libitu suae voluntatis. Et ut haec Nostra donatio
immobilis perseveret, nec ullis quaerelis vel calumniis hominum in
posterum comprimi et violari posset, ex consilio validorum virorum
Nostrae Majestatis Consiliariorum elegimus, ordinavimus, deputamus

duos viros Nobiles Officiales Nostros videlicet Joannem Jura Cracovien.
Henricum Sandomirien. Succamerarios, quibus addidimus et adiungimus
Nobilem virum Hermannum, Archidiaconum Lancicien. et Procuratorem No-
strum tunc Generalem tanquam Commissarium et Instigatorem, Factorem in
causa limitatione cum authoritate Nostra ad justitiam facien. pro hac
vice specialiter deputatum. Ut omnes simul personaliter descenderent in
villam Popowicze dictam, omnes et singulos Nobiles haeredes convicinos in
circuitu dicto Popowicze degentes, ex officiis suis cittarent, concitarent ad
limitand. invitarent, quatenus in locis certis et determinat. personaliter
comparen. sine quavis excusatione et contradictione sub obten. gratiae
Nostrae et mandato quatenus de consensu et voluntate dictorum Nobi-
lium et haeredum omnes veteres scopulos seu limites alias Granicze in
eorum praesentia per Nos tanquam Judices innovari, renovari fa-
cientes, ut ipsi Nobiles et haeredes rem gestam et factam oculis subiicerent,
nemini praeiudican. et ubi in aliqua parte dictae villae Popowicze
limites deessent, haeredibus de eorum bonis cittatis et vocatis ad loca
certa et determinata, et in praesentia Nostra personaliter constitutis
cum eorum consensu et voluntate limites sippare, disponere tanquam
iusti Judices et muneri consummare facere non negligant prout et fece-
runt. Qui quidem Succamerarii una cum Commissario personaliter constituti
coram Celsitudine Nostrae Maiestatis de certa scientia et iussa limitatione
coram Nobilibus et haeredibus in circuitu degentibus dictae villae Nostrae
Popowicze facta, coram Nobis et Consiliariis Nostris tanquam Judices
prout in Actis latius eorum continebatur, et continetur, manifestaverunt
et judicaverunt. Nos itaque volentes certius experiri, ubi et in quibus
locis et inter quas haereditates in villam Popowicze limites sunt sip-
patae aut innovatae, et a quibus locis principium habuerunt, et ubi
erant finitae et determinatae, ex verbis et Actis dictorum Succame-
rariorum et Commissarii Nostri pro hac vice deputati, sane intellexi-
mus et cognovimus cum Nostris Consiliariis fuisse et esse principium
et originem limitum alias Granicz a rippa fluvii dicti Nida, qui sco-
puli seu limites dividunt, distinguunt, limitant inter haereditates

videlicet villam dictam Tworow ab una, et villam Nostram Popowicze parti-
bus ab altera, et progressive vadunt versus Aequinoctium alias na
północ, usque ad villam dictam Węgleszyn, similiter ex altera
parte dictae villae Popowicze a rippa dicti fluvii Nida scopuli seu
limites alias Granicze ortum coeperunt, limitant et distinguunt in hae-
reditates Popowicze et Tyniecz, et progressive vadunt secundum disposi-
tionem versus Aequinoctium usque ad villam dictam Węgleszyn,
et hoc in terra Sandomiriensi. Sed ultra fluvium seu post fluvium
nuncupatum Nida, scopuli seu limites alias Granicze sunt inchoati
seu incepti a rippa praefati fluvii et dividunt, distinguunt, limitant
inter villas Popowicze et Naglowicze et progressive vadunt versus or-
tum solis hyemalem alias na Wschód zimny, usque ad fluvium di-
ctum Bryniczka, qui fluvius suo meatu intrat in fluvium praefatum
Nida, et distinguit, limitat alias graniczy alteras haereditates a No-
stra villa dicta Popowicze. Haec omnia et singula iussimus inserere
in Privilegium Nostrae Donationis realiter et cum effectu propter
tuitionem Ecclesiasticam, quatenus Nostra Donatio praefatae Eccle-
siae data immobilis perseveret, nec ullis etiam querelis in posterum
per homines avidos et insaciabiles calumniose inquietari et comprimi
possit, Ministros Ecclesiae violenter conturban. et injuste persequen.
In memoriam Nostrae Donationis Hblis Joannes in Małogoszcz Plebanus
Canonicus Cracovien. Archidiaconus Sandomirien. Ecclesiarum Nobis grate di-
lectas intuitu salutis Nostrae in Ecclesia sua Małogoszcz Missas cantare
omnibus hebdomadis instituit et se sponte submisit, et cum successoribus
obligatus est videlicet Feria secunda pro defunctis, tertia de Sancto Spi-
ritu, quarta pro peccatis, quinta de Corpore Christi, sexta de Passione
Christi, Sabbatho Virginis Mariae gloriosae. Quam spontaneam sub-
missionem et obligationem Rndus Dnus Joannes Dei gratia Epis-
copus Cracovien. cum suo Capitulo ratificavit, gratificavit, confirma-
vit et decrevit robur perpetuae firmitatis. Et hoc praesens Privile-
gium Plebanus non tenetur exhibere coram Castellanis, Pallatinis,
Capitaneis neque Iudicibus, Subjudicibus et generaliter omnibus Officia-

tibus Regni Nostri Poloniae, nisi coram Nobis, aut suo Ordinario, vel cum hoc specialiter duxerimus committen. Ut autem haec Nostra donatio et omnia et singula praemissa robur obtineant perpetuae firmitatis, praesens Privilegium per manus Przybyslai Scriptoris Nostri scribi, et Nostri Sigilli appensione mandamus roborari. Actum Cracoviae Feria quarta Quatuor temporum post Dominicam, quae Invocavit decantatur. Anno Dni Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Secundo. Praesentibus his testibus, Andrea Wisli- 1342
cien. Jacobo Zarnovien. Castellanis. Ottone Poloniae, Jacobo Srzeden. Floriano Lanczycien. Cancellariis. Nicolao Dapifero Sandomirien. Joanne Iudice Cracovien. Henrico Sandomirien. Succamerariis. Hermano Archidiacono Lancicien. et Procuratore Nostro tunc Generali ac aliis multis fide dignis. Datum per manus Nobilis Dni Demetrii praepositi Cracovien. et Cancellarii Aulae Nostrae. — Nos itaque petitionibus ejusmodi tanquam justis et rationabilibus et signanter ad intercessionem Serenissimae Principis Dnae Zophiae Reginae Poloniae Matris Nostrae charissimae benigniter inclinati, de innata Nobis celsitudinis Regiae clementia et de Nostra certa scientia, praedictum Privilegium in omnibus suis punctis, sententiis, articulis et clausulis ratum haben. atque gratum, ratificamus, gratificamus, confirmamus et innovamus, approbamus et praesentis scripti patrocinio roboramus, decernen. ipsum robur obtinere perpetuae firmitatis. Harum quibus sigillum Nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Vislicie feria sexta in Octava Assumptionis Mariae Virginis gloriosae. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Tertio. (2)
Praesentibus his Rndmo Dno Zbigneo Dei gratia Episcopo Cracovien. Joanne de Czyczow Cracov. Joanne de Sienno Leopolien. Castellanis. Joanne de Tenczyn Cracovien. Joanne de Olesnicza Sandomirien. Palatinis. Nicolao de Ossolin Woinicien. Petro de Tworow Sandecen. Petro de Tebrow Wislicien. Joanne de Bobrek Biecen. Castellanis et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad praemissa. Datum per manus D. Rmi D. Zbignei Epi Cracovien. et Magnifici D. Petri de Szczekocin Vicecancellarii dilectorum Nostrorum. Ad relationem ejusdem Magci D. Petri de Szczekocin Regni Poloniae Vicecancellarii. — Hoc autem tenoris praecedentis

Privilegium. Supplicatum Nobis est, ut Nos etiam Stephanus Rex approbare, confirmare et ratificare dignaremur atque ei supplicationi, uti justae et pro Ecclesiae bono commodoque interpositae annuendum putavimus, annuimusque et praeinsertum privilegium auctoritate Nostra Regia comprobamus, confirmamus et ratificamus. Volentes illud in omnibus punctis et clausulis suis robur ac firmitatem tantam, quantam Juris publici ratio permittit obtinere. In cujus rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas, Sigillo regni Nostri communiri jussimus. Datum Grodnae die Vigesima prima mensis Junii, Anno Dni Millesimo Quingentesimo Octuagesimo sexto, Regni vero Nostri undecimo. Stephanus Rex

Przywileju Kazimierza W. kościół Małogoski nie posiada. Są tylko z czasów Kazimierza Jagiellończyka i Stefana Batorego, pisane na pargaminie opatrzone pieczęciami w pudełkach blaszanych, wiszących na sznurkach. Kazimierza IV jest mniejsza a Batorego duża. W przywileju Kazimierza Jagiellończyka rok jest wypisany literami, ale w słowie wyraz tertio jest stoczony od moli. Jednakże w Inwentarzu dokumentów jest rok 1443; to samo potwierdza Batory. Niniejszy odpis jest wyciągniony z kopiarza „Privilegia et Immunitates ac Jura S. Ecclesiae Collegiatis Małogostensis."

Kopia przesłana prof. Piekosińskiemu w r. 1891 przez
Ks. Stefana Stucznia plebana w Wrocieryżu.

Ludovicus marchio Brandenburgens. 1342 Oct. 13. 88.

223

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc., intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per strenuum militem Bethkinum de ost, fidelem nostrum dilectum, exhibitis fideliter et inpensis, discretis viris consulibus et uniuersitati ciuitatis drysen, videlicet qui proprias domus habent et residenciam habent inibi personalem, presentibus et futuris talem graciam specialem fecimus et facere decreuimus per presentes, quod annonam et quamcunque farinam, brasium, pannum allecia, pisces, lignum, cineres, cuprum, ferrum, sal et omnia mercimonia qualitercunque nominata, similiter descendendo et ascendendo, sursum et deorsum per aquas nauigando in Czantoch, landesberg, Custrin et zweth..... In cuius – Testes Lochen, Wedel senior, Brederlow. Rochowe, Bredowe cum ceteris.

ris. Datum Berlin, Anno M°CCC°XLII°, dominica ante Galli.

1343. dnia 23 (?) marca w Krakowie.
[17. III.]

[Kod. Pol. t. 3., nr. 93.]

In Nomine Domini Amen. Licet acta coram Regibus contractuum humanorum satis firma dignoscantur, ne tamen ab integritate sua fluctuentur, sumunt vi scripti perpetuum incrementum. Proinde Nos Casimirus Dei gracia Rex Polonie recognoscimus universis tenore presencium potitis, quod cum (ad) nostram nostrorumque Baronum vicibus quam plurimis accedentes presenciam fideles nostri Cives Sandomirienses constanter postulaverint, Quomodo a multis retroactis temporibus immo nunquam soluissent Theloneum in Wislica Wislicensi Castellano[1]), quod nomine Castellanie[2]) ~~sibi~~ ab aliis sibi cedit, sed semper quieti ab eo cum suis mercibus ac rebus quibuscumque hac et illac quociens illis oportunum fuerat, transierunt. Igitur nobis per Lauthconem concivem suum Sandomiriensem edilis (s) omnes humili voce supplicarunt, ut hoc eorum iure viso et extra relacionem Baronum cognito, in perpetuam rei memoriam literam nostram Regalem eis dare dignaremur. Nos autem quamvis satis credibiles postulacionibus eorum constantibus et militum nostrorum Spicimiri videlicet Castellani Cracoviensis, qui ante fuerat Wislicensis Castellanus, nec non Ade de Xenze olim eciam Castellani[3]) Wislicensis super hisque attestationibus publicis et sufficientibus, tamen ne quidpiam posthec possit oriri inter ipsos Cives et Wislicensem Castellanum[4]) in hac causa, in presencia testium subscriptorum militem nostrum Andream Wisliciensem Castellanum admonuimus, ut quidquid haberet contra hec proferret. Ipse vero sanus mente et corpore respondit publice dicens: Ex quo mei Antecessores hoc Theloneum nunquam perceperunt ut manifeste iam apparet, ego eciam istis attestacionibus in nullo volo contraire, seu pocius

1) Castello, 2) Castellanie, 3) Castelli, 4) Wisliciense Castellum

Pro salute mea immunis ab hoc esse. Sicque nos Iuri Ciuium Sandomiriensium et iusticie contraire nequientes, iudiciali decreto eos et eorum quemque a solucione et debito Thelonei Castellanie[5] Wisliciensi inperpetuum censuimus esse liberos et immunes, dantes eis hanc literam nostram, munitam nostro Regali insignio in robur omnium premissorum. Actum Cracouie feria sexta dominice Oculi, Anno Domini M. CCC. xL. III. Presentibus Nobilibus Nostris dilectis[6]: Spicimiro Cracoviensi Castellano, Petro Preposito Ecclesie Beati floriani, Hermano Procuratore Generali, Clemente Gladifero, Petro Tribuno Cracouiensi, Vithkone Subdapifero Sandomiriensi et alijs multis fide dignis. Datum per manus domini Zbignei Cancellarij nostri Sandomiriensis.

Z kopii zamieszczonej w tomie VII tek Naruszewicza pod N. 30 zaznaczonej. Ex Ms. Civit. Sandomir.

5) Castellnae 6) dilecto

1343.

Clemens pp. VI. Kazimiro regi Poloniae et .. reginae Poloniae procuratores Guilielmi s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis commendat. (: Avinione IV Idus Iunii, pontif. a. secundo :)

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 979, str. 654 w regieście.

h

[Perlbach] 19 91 -226-

Kölner Cop. 18.b n. 32.

Mathias Wladislav. epus 1343. August 28, ~~Raciaz~~ in Razenz;

Bischof Matthias von Cujavien erklärt drei Urkunden König Wladislaws von Polen über das Dorf Lang für das Kloster Lad in Verwahrung genommen zu haben.

Ad idem.

Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Mathias divina et apostolice sedis providencia Wladislaviensis episcopus profitemur et recognoscimus publice per presentes a religioso viro fratre Johanne abbate de Landa ordinis Cisterciensis et a suo conventu tria privilegia super hereditate dicta Lang sita prope Wladislaviam antiquam sub sigillo incliti principis domini Wladislai dei gratia olim regis Polonie recepisse tenenda et servanda tamdiu donec nobis pro utilitate ecclesie nostre videbitur expedire, que privilegia domino abbati aut suis successoribus vel conventui suo cum eis placuerit vel opus fuerit restituemus omni occasione procul mota. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Raczens V.o Kalendas mensis Septembris anno domini M.o CCC.o XL.o tercio presentibus dominis Johanne decano, Troyano archidiacono Wladislaviensibus, magistro Sbiluto archidiacono Plocensi et aliis fidedignis.

cop. et coll.
11.XII.82 P.

Ludovicus marchio Brandenburgens. 1343. Oct. 16.

92.

227

Nouerint etc., quod nos etc., meritorum fidelium, nobis hucusque exhibitorum et in posterum nobis et heredibus nostris perpetuis fidelius exhibendorum, consideracione, contulimus et presentibus conferimus strenuo viro derszkino de wisense, fideli nostro dilecto, suisque veris et legittimis heredibus, villas nostras videlicet Mesdorp, Budechow et Gabelentz, cum singulis et uniuersis suis pertinenciis, in eisdem villis nobis spectantibus, quas hactenus titulo pignoris tenuerant, in antea sub modis, formis, commodis et honoribus, quibus ipsas possedimus, debito pheudi titulo tenendas, possidendas a nobis sine inquietacione qualibet quiete et pacifice perpetuis temporibus, pariter et habendas. Volentes litteras, nomine pignoris super premissis villis a nobis habitas, deinceps nullius roboris fore debeant nec virtutis. In cuius etc. Testes Schwartzburg, Wilbrand, Hele, Husener, Satzenhofen. Datum Vrankenfurt, Anno M°. CCC°. XLIII°., die beati galli. –

Riedel A 24 pag 45. LXXXII.

Cracoviae a. 1344 d. 8 m. Maii.

Casimirus rex Poloniae telonariis praecipit, ne portoria a civibus Brzesniciensibus exigant. Ks. M. 85. zobr.

[Wierzbowski, T. 3, Suppl. nr. 22. Reg.]

1344.

Cazimirus dei gracia Rex Polonie fidelibus suis omnibus theloneatoribus et eorum vicesgerentibus ad quamcunque dignitatem ipsa thelonea pertineant in locis quibuslibet constitutis per totum Regnum graciam suam, civitati nostri Brzeznicensi succurrere, ut amplius non alteratur desertatione ea que increverat, super ipsam decernentes omnes cives exnunc hac gaudere usquequaque censuimus libertate, quod huc et inde per totum Regnum cum suis mercibus euntes a solucione thelonei, pontis et targowe et precipue in Buzanin sint excepti propter quod omnes et singuli cives Brzeznicenses communiter et divisim huc illuc transeuntes, excepto tantum nostro theloneo salis in Szeradz, quod solvant, ab aliis omnibus solucionibus, iuribus et consuetudinibus universis sint immunes, que omnia et singula harum serie confirmamus. Datum Cracovie die beati Stanislai Anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo quarto nostro sub sigillo

in transsumpto Vlad. Jagiel. de an. 1397.
confirm. et a Vladislao Varn. 1441.
a Casimiro. 1456.
a Sigismundo 1555. feria sexta
17 Junii

1344.

Clemens pp. VI. Arnaldo de Lacaucina nuntio aposto-lico mandat, ut decimas quasdam in Hungariae et Poloniae regnis debitas, colligat.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Arnaldo de Lacaucina canonico ecclesie Titulensis Colocensis diocesis, in Vngarie et Polonie regnis ac partibus circumvicinis apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benedictionem. Cum decime sexennalis olim per felicis recordationis Clementem pp. V. predecessorem nostrum imposite in concilio Viennensi, in subsidium terre sancte et alias contra rebelles et hostes fidei catholice convertende, nonnulla residua in Vngarie ac Polonie regnis ac circumvicinis partibus adhuc restent, vt intelleximus, colligenda: nos volentes prouidere super hoc et de tue fidelitatis et circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus per te ac subcollectores fide ac facultatibus ydoneos, quos ad hoc duxeris deputandos, huiusmodi residua, super quibus simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, si necesse fuerit, te informes, a venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus ac personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, religiosis et secularibus, necnon capitulis, collegiis et conventibus ac locis ecclesiasticis quibuscumque, qui ad solucionem decime predicte tenentur, nostro et ecclesie Romane nomine petere, exigere, colligere ac recipere cum integritate procures, contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque status, ordinis, dignitatis vel conditionis existant, etiam si pontificali vel quauis alia premineant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis quibusuis personis vel locis sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, etiam si de illis esset in nostris litteris de verbo ad verbum specialis et expressa mentio facienda, per que tue potestatis executio impediri possit quomodolibet vel differri, seu si aliquibus vel communiter vel diuisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod eos, a quibus residua receperis supradicta, possis absoluere plenius et quitare de hiis, que inde tibi duxerint persoluenda, ita quod de hiis cameram nostram certiorem efficias clare, particulariter et distincte. Datum Auinione V. Non. Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram

x) illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 1003, str. 668.

1344.

Clemens pp. VI. Arnaldo de Lacaucina nuncio apostolico mandat, ut a subcollectoribus per Galhardum de Carceribus deputatis, rationem exigat de omnibus, de quibus eam non reddiderint.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Arnaldo de Lucaucina canonico ecclesie Titulensis Colocensis diocesis, in Ungarie et Polonie regnis ac partibus circumvicinis apostolice sedis nuncio, salutem et apostolicam benedictionem. Volentes quod omnes et singuli subcollectores, cuiuscunque status, dignitatis vel conditionis existant, qui tam per dilectum filium magistrum Galhardum de Carceribus prepositum ecclesie Titulensis Colocensis diocesis, quam quoscunque alios collectores in Ungarie ac Polonie regnis et circumvicinis partibus per sedem apostolicam hactenus super proventibus ad cameram sedis apostolice ibidem spectantibus, constituti fuerint, super omnibus et singulis ab eis nomine dicte camere receptis, assignatis et alias gestis quomodolibet, de quibus se reddidisse legitimas non ostenderint rationes, eas tibi nomine ipsius camere reddere, reliquaque teneantur prestare, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus ab eisdem subcollectoribus et eorum singulis rationes predictas integraliter et perfecte audias, examines et recipias una cum reliquis supradictis, contradictores quoslibet super hiis et rebelles, cuiuscunque status vel conditionis, ut prefertur, extiterint, etiam si pontificali vel quavis alia premineant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede sit indultum predicta, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod eos, a quibus reliqua receperis supradicta, possis absolvere plenius et quittare de hiis, que inde tibi duxerint assignanda, faciendo exinde confici duo consimilia publica instrumenta, quorum uno penes ipsos assignantes dimisso, reliquum ad eandem mittere cameram non postponas. Datum Avinione V. Non. Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner: Vetera monumenta historica, Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 1004, str. 669.

1344.

Clemens pp. VI. Galhardo electo Cenadiensi, nuntio apostolico mandat, ut negotia sibi olim per Ioannem pp. XXII. et Benedictum pp. XII. in regnis Hungariae et Poloniae commissa, exequatur.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Galhardo electo Cenadiensi, in partibus regnorum Vngarie et Polonie apostolice sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. Tam tibi quam nonnullis aliis per felicis recordacionis Iohannem XXII. et Benedictum XII. Romanos pontifices, ad partes regnorum Vngarie et Polonie ac alias eisdem regnis vicinas pro diversis ecclesie Romane ac apostolice camere negotiis dudum diversis vicibus destinatis, diverse littere apostolice directe fuerunt. Cum autem nonnulla ex eisdem negociis pro toto vel pro parte restare complenda, sicut intelleximus, dinoscantur: nos volentes earumdem ecclesie ac camere indempnitatibus, sicut ex debito pastoralis tenemur officii, providere, te, de cuius fidelitatis et circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam gerimus, ad regna et partes predicta pro hiis et quibusdam aliis negociis nos ac ecclesiam et cameram predictas tangentibus, providimus destinandum. Vt autem negocia huiusmodi utilius prosequi valeas et complere, litteras supradictas et contenta in eis quorumcumque tenorum existant, super omnibus et singulis, que de negociis ipsis restare repereris pro toto vel in parte, ut prefertur, agenda exequi et eis uti plenarie, acsi tibi directe nominatim, specialiter et expresse fuissent, tuque super contentis in illis processisses, seu incepisses procedere, iuxta seriem et tenorem illarum et cuiuslibet earumdem valeas, plenam discretioni tue concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione III. non. Novembris, pontificatus nostri anno tertio.

Theiner: Vetera monumenta historica, Hungariam sacram illustrantia, tomus I. Romae 1859, N. 1016, str. 675.

h

1344.

Nos Lodouicus etc. vniuersis, quod nos fideles ciues et hospites nostros Cassenses pietatis oculis conspicientes etc. prefatam ciuitatem nostram Cassa et eosdem ciues ac hospites de eadem, nostros fideles, eorumque successores huiusmodi libertatis et gracie specialis prerogatiua perennaliter gauisuros de beneplacita voluntate serenissime principisse domine Elisabeth inclite regine Hungarie, genitricis nostre karissime, ac consilio prelatorum et baronum nostrorum decreuimus decorandos, quod omnes mercatores extranei de regnis scilicet Russie, Polonie et prouincys eorundem in regnum nostrum Hungarie venientes pretextu vendicionis suarum rerum et mercium, vltra ciuitatem ipsam Cassensem cum vecturis et mercibus eorum nullam progrediendi habeant facultatem, sed omnia sua mercimonia seu res mercimoniales cuiuscumque generis vel speciei sint et existant, ibidem deponant, reponant atque vendant, ita, quod a modo et deinceps omnium rerum mercimonialium eorum deposicio, reposicio et vendicio ac empcio generalis non alias, nisi in prefacta ciuitate nostra Cassensi plena fiat, nec vlterius dicti mercatores extranei cum mercibus ipsorum procedendi et eundi possint habere facultatem aliqualem etc. Datum in Zolio in vigilia festi beati Laurency martiris.

Monumenta Hungariae historica, Acta extera, Tom II, Budapest 1875, N. 56, str. 54, z oryginału pargaminowego, przechowanego w archiwum miasta Koszyc.

1345.

Clemens pp. VI. Casimirum regem Poloniae hortatur, ut Francisco episcopo Tergestino, nuntio apostolico assistat eundemque nuntium commendatum habeat.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Kazimiro regi Polonie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilem fratrem nostrum Franciscum episcopum Tergestinum, apostolice sedis nuntium, virum utique profunditate sciencie preditum, fidelitatis constantia et circumspeccionis maturitate conspicuum, ac in arduis expertum negociis, ad carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum regem Ungarie illustrem et partes illas pro certis per nos eidem impositis negociis destinemus, magnificentiam tuam regiam rogamus attente, quatenus eundem episcopum, si ad te fili carissime recurrerit, habens pro nostra et eiusdem sedis reuerentia fauorabiliter commendatum, eidem super hiis, de quibus pro parte nostra tuam requirendam duxerit excellentiam, velis assistere consiliis et fauoribus oportunis, in quod nos deuotionem regiam exinde cum gratiarum actionibus possimus merito commendare. Datum Auinione V. kalendas Ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859, tomus I, N. 1059, str. 699. — Acta extera Tom. II, N. 120, str. 129.

h

1345.

Nos Karolus domini .. regis Boemie primogenitus, marchio Moravie, promittimus per presentes fidelibus nostris dilectis Burchardo purchravio Maidburgensi, Potoni de Czastolowicz et Benessio de Mezersicz nec non omnibus amicis et eorum socijs quibuscumque ad nostra servicia contra regem Cracovie procedentibus cum iisdem, omnia et singula dampna, que percipient, pariter et expensas, quas facient, solvere et integraliter resarcire, dum primum ad id nobis obtulerit se facultas; et si quod absit, ante solucionem et resarcionem dampnorum suorum decedere nos contingeret, ex tunc heredes et successores nostros ad solucionem et resarcionem huiusmodi ipsis volumus obligari. Harum nostrarum testimonio literarum. Datum in campis inter Vreinstat et Ladislaviam, in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto.

Z oryginału przechowanego w archiwum Książąt Schwarzenbergów w Wittingau, ogłosił drukiem Chytil w Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae, Tom. VII, vol. II, Brünn 1860, N. 612.

Ludovicus marchio Brandenburgens. 1345 Sept. 10. 91

235

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Dedimus, donauimus et presentibus damus et donamus honorabilibus et religiosis viris ordinis sancti Johannis Jerosolymitani domus hospitalis fratribus, meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et adhuc exhibendorum consideratione, castrum et opidum Tempilburg cum singulis et uniuersis ipsis, videlicet castro et opido, de iure seu ex debito pertinentibus suis pertinentiis in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendum, tenendum pariter et habendum. Adiectione tamen tali addita, quod prenotati ordinis fratres nobis et heredibus nostris cum prefactis opido et castro, contra quemlibet hominem cuiuscunqe (?) conditionis seu status fuerit, sine contradictione qualibet, perpetue, quotienscunque et quocunque tempore nobis herediburque nostris necesse fuerit et ipsos habuerimus requisitos, parere

debeant

debeant et patere. In cuius etc. Testes Burggrauius de nürenberg, H. Comes de Swarzburg, Büch, mütner, Swyker, wolfsteiner, Hurener, Lochin, Hele, pincerna, magister coquine, Hasso senior, g. wolf, wolkowe, Loterpeck. Datum Berlyn, anno XLV° Sabbato post natiuitatem virginis marie.

1345.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Relatibus percepimus fidedignis, quod dudum inter carissimos in Christo filios nostros Iohannem Boemie et Kazimirum Polonie reges illustres periculis et disensionibus, hoste procurante humani generis, suscitatis invicem, et ipsis regibus inde ad guerras et offensiones hostiles commotis, bonis viris mediantibus et tractantibus treuge inite fuerunt inter eos usque ad festum beati Martini futurum proximo durature. Nos igitur verentes, quod lapso predictarum treugarum termino, instigante hostis predicti malitia, reges predicti ad congressus predictos, ex quibus lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius deploranda pericula et alia dispendia innumera possent sequi, prorumperent, et cupientes dispendiosis periculis huiusmodi salubriter paterne sollicitudinis studiis obviare, reges ipsos per nostras exhortamur litteras et rogamus, ut ad vias pacificas omissis bellicis insultibus se disponant, et ut ad pacis mutue concordiam, inter eos invicem reformandam, circa quam intendimus interponere sedule partes nostras, melius, utilius et quietius intendi, divina gratia suffragante valeat, treugas ineant inter se usque ad certi competenti temporis spatium duraturas; nichilominus suos ambassiatores et nuntios super his sufficienter instructos et idonea potestate suffultos ad nostram presentiam, nisi pax ipsa reformari posset commode in illis partibus, transmissuri. Et quia negotium huiusmodi admodum insidet cordi nostro, dilectum filium magistrum Guillelmum de Pusterla prepositum ecclesie Posonienssis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuntium, ad tuam carissime fili et ipsorum regum presentiam, partesque illas providimus propterea specialiter destinandum. Tanc, fili dilectissime, quia commoda vel incommoda regum ipsorum, sicut intelleximus, te contingunt, magnificentiam tuam regiam rogamus attentius et in Domino exhortamur, quatenus, ut ipsi a congressibus hostilibus et offensionibus mutuis penitus abstineant et ad viam pacificam iuxta monita nostra salubria effectualiter se disponant, laborare studiosis sollicitudinibus, ut gaudii merearis esse particeps, quod promittit sapiens ineuntibus pacis consilia, non postponas. Datum Avinione XV. Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Monumenta Hungariae historica. Acta extera, Tom II, N. 99, str. 106, z regestów papieża Klemensa VI.

h

Clemens pp. VI. Guillelmum de Pusterla pro pace reconciliandaad Iohannem Bohemiae et Kazimirum Poloniae reges mittit.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio magistro Guillelmo de Pusterla preposito ecclesie Possoniensis Strigoniensis diocesis, capellano nostro, apostolice sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi iuxta pastoralis officii debitum ad omnium corda fidelium in concordie unitate servanda nostra suspiret intentio, et ad hoc solicitudinis apostolice studia dirigantur, principes tamen aliosque magnates catholicos tanto magis desideramus servare concordes, quanto ipsorum periculosa discordia graviora procul dubio animarum et corporum germinare pericula consuevit. Sane dudum, sicut intelleximus, inter charissimos in Christo filios nostros Iohannem Boemie ex parte una et Kazimirum Polonie reges illustres ex altera dissentionibus, rancoribus et odiis, hoste procurante humani generis, suscitatis, et ex hoc ad guerras et hostiles congressus hinc inde commotis, tandem bonis viris mediantibus et tractantibus, inter reges ipsos treuge pacis representantes ymaginem, cessantibus commotionibus bellicis, inite fuerunt hinc inde usque ad festum beati Martini venturum proximo durature. Instante autem nunc termino finis treugarum ipsarum, nos qui reges eosdem in pacis et concordie unitate confovere cupimus, verisimiliter formidantes, quod post lapsum earundem terminum ad offensas mutuas et congressus bellicos, hoste instigante predicto, qui pacem odit et discordias fovet et diligit, prosilirent, et attendentes nihilominus, quod exinde lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius plangenda pericula, necnon dispendia fidei catholice, cuius blasfemi ac persecutores crudeles et hostes illis partibus sunt vicini, et alia mala innumerabilia non reparanda faciliter possent sequi, eisque obviari salubriter paterne diligentie studiis cupientes, te, de cuius fidelitate ac probitatis et circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam gerimus, ad ipsorum regum presentiam et partes illas providimus propterea specialiter destinandum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus te ad presentiam et partes easdem conferre procurans, prefatos reges ex parte nostra requiras, moneas et inducas, ut premissis consideranter attentis, ad vias pacificas Deo placibiles et utrique ipsorum utiles, omissis commotionibus, offensionibus et congressibus bellicis, quibus offenderetur graviter rex pacificus et eternus, convertantur et abilitent corda sua, et ut inter ipsos ad huiusmodi pacis et unitatis concordiam reformandam, circa quam nos more patris benivoli, quem non preterit incomoda filiorum intendere, sedule intendimus, melius et utilius, turbationum et guerrarum fremitibus quiescentibus, intendi va-

-lat, divina gratia suffragante, treugas pacis representantes ymaginem inter se invicem ineant usque ad certi temporis competentis spatium, infra quod dicta concordia tractari possit et donante Domino perfici, duraturas, quodque nisi te vel aliis bonis viris mediantibus reges ipsi ad concordiam mutuam pervenire valerent, suos ambassiatores et nuntios sufficienter instructos et idoneo mandato suffultos super premissis ad nostram curent propterea presentiam destinare. Si vero prenominati reges tuis, imo nostris potius, ut speramus in Domino, cum eis per alias nostras inde scribamus litteras, obtemperaverunt requisitionibus, exhortationibus et monitis salubribus in hac parte, treugas ineundo predictas, tu, si ipsi noluerint treugas sic per eosdem initas penis et sententiis spiritualibus, de quibus tibi videbitur, promulgandis adversus eos, qui eas infringerent vel etiam non servarent, auctoritate nostra studeas roborare, quascumque colligationes, confederationes et paciones, per quas posset suscitata inter reges memoratos nutriri discordia, vel huiusmodi treuge violari, sub quacumque forma vel conceptione verborum contractas inter quoscumque quomodolibet vel initas, etiamsi penis adiectis et prestitis iuramentis presumpte fuissent, nullas, cassas et irritas esse ac fuisse, velut contra bonum pacis in summi regis offensam temere attemptatas nunciando, et quatenus de facto processissent, annullando, cassando et irritando, ac penas adiectas et iuramenta prestita super eis, cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, nihilominus relaxando, super quibus omnibus et aliis circa premissa quomodolibet oportunis faciendis, gerendis et exercendis, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione XV. kal. Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 1046, str. 691. – Acta estera Tom. II. N. 100, str. 107.

Clemens pp. VI. magistro Guillelmo de Pusterla, praeposito Possoniensi, nuncio apostolico mandat, ut Iohannes Bohemiae et Kazimirus Poloniae reges monitis suis acquiescere noluerint, treugas inter eos auctoritate apostolica indicat.

Clemens episcopus servus servorum Dei: Dilecto filio magistro Guillelmo de Pusterla preposito ecclesie Possoniensis, Strigoniensis diocesis, capellano nostro, apostolice sedis nuntio, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi iuxta pastoralis officii debitum etc. ut supra usque destinare. Si vero prefati reges, quibus per alias litteras nostras super hiis scribimus, tuis huiusmodi immo nostris pocius requisitionibus, exhortationibus et monitis utique salubribus obtemperare cum effectu forsitan recusarent, quod absit, ut predictis periculis et scandalis obviectur et utilius possint inter eos comoda procurari, tu auctoritate nostra inter prefatos reges eorumque vassallos, adherentes, fautores, vallitores et subditos treugas procures indicere usque ad competentis temporis spatium, de quo tibi expedire videbitur, duraturas. In omnes et singulos, quos treuge ipse contingent, cuiuscumque status, ordinis, preminentie, conditionis vel dignitatis existant, etiamsi pontificali, regali vel quacumque alia perfulgeant dignitate, qui treugas ipsas, postquam per te indicte ac publicate fuerint, violarent, infringerent, vel etiam non servarent, in personas videlicet singulares excommunicationis, et in civitates, castra, oppida, villas, terras et loca ipsorum interdicti sententias promulgando, super quibus omnibus, nec non quascumque colligationes, pactiones et societates inter quoscumque contractas vel initas sub quacumque forma vel expressione verborum causa discordie inter reges nutriende predictos esse ac fuisse nullas, cassas et irritas, velut contra bonum pacis in summi regis offensam presumptas indebite nunciandi, et quatenus processissent de pacto, annullandi, cassandi et irritandi, ac penas adiectas et iuramenta prestita super eis, cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxandi aliaque gerendi, faciendi et exercendi, que circa premissa necessaria fuerunt vel etiam oportuna, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Ceterum quia parum prodesset humilitas humilibus, si contemptus inobedientibus non obesset, nostre intentionis existit et volumus, quod huiusmodi per te promulgande pene ac sententie sic illos, qui treugas predictas, dum per te indicte fuerint, infringerent vel etiam non servarent, afficiant et apprehendant, quod alios easdem treugas observantes vel observare paratos in aliquo non contingant. Datum Avinione XV. Kal. Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 1048, str. 693. - Acta extera, Tom. II, N. 101, str. 109.

h

1345.

Clemens pp. VI. Ludovicum regem Hungariae hortatur, ut inter Joannem regem Boemiae et Kazimirum regem Poloniae treugas prorogari curet.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Sicut regalis excellentia non ignorat, dudum inter carissimos in Christo filios nostros Johannem Boemie et Kazimirum Polonie reges illustres gravis dissensionis materia, per quam hoste procurante humani generis, ad guerrarum et congressuum hostilium fremitus processerant hinc inde, seu intendebant procedere, periculose nimium suscitata, tandem reges ipsi mediantibus et tractantibus viris pacificis, treugas inierunt invicem usque ad instans festum beati Martini ventunum proximo duraturas. Instante autem fine treugarum ipsarum nos timentes, quod ipsi post dictum terminum ad congressus huiusmodi, ex quibus lapsus rerum, excidia personarum et animarum amarius deploranda pericula nec non dispendium fidei catholice, cuius hostes blasfemi et persecutores illis partibus sunt vicini, aliaque mala innumera, nisi obviaretur salubriter, possent sequi, prorumperent, et eis occurrere paterne sollicitudinis studiis cupientes, dilectum filium magistrum Guillelmum de Pusterla prepositum ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, capellanum nostrum, apostolice sedis nuntium, virum utique litterarum scientia preditum, fidelitatis et discretionis maturitate conspicuum, pacis, veritatis et iustitie zelatorem ad eorundem regum presentiam et partes illas proaudimus propterea cum nostris oportunis litteris specialiter destinandum. Verentes quoque, quod infra instantem treugarum predictarum terminum, ad partes illas pervenire dicto nuntio non valente attemptarentur aliqua, hostis predicti malitia instigante, que negocium reformationis pacis inter reges predictos, circa quam laborare sedule intendimus, exasperarent forsitan, vel ipsius difficiliorem redderent viam pacis, reges prefatos per nostras litteras exhortamur, ut premissis diligenter attentis sufferentiam super predictis usque ad adventum predicti nuntii, qui quantum potest comode, festinat iter suum, recipiant, et ab omnibus commotionibus, novitatibus noxiis et hostilibus congressibus medio tempore penitus abstinere procurent. Quocirca excellentiam tuam regiam attentius deprecamur, quatenus super hiis partes tue solicitudinis efficaciter pro divina et apostolice sedis reverentia interponas. Datum Avinione IIII. kal. Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, № 1051, str. 694, tomus I. – Acta

extera Tom. II, N. 105, str. 114.

1346. -240-

Clemens pp. VI. Kazimiro regi Poloniae nuntios apostolicos cum litteris factum mortis Andreae Siciliae regis tangentibus[F] missos, commendat. (Avinione V. Idus Ianuarii, pont. a. quarto)

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, tomus I, N. 1066, str. 703, w regieście.

F ad regem et reginam Hungariae 7

h

1346.

Noverint universi presentem literam inspecturi, quod nos Wladyslaus Dei gracia dux Bythomensis, ordinacionem cum inclito domino Kazimiro rege Polonie fratre nostro super pace habenda talem fecimus et in hunc modum, promittentes eidem domino regi Polonie sine dolo nullos emulos suos et precipue dominum regem Bohemie, marchionem Moravie, Johannem ducem, charos suos filios, Nicolaum ducem Opavie vel eorum capitaneum seu capitaneos aliquam potenciam habentes et generaliter omnes prefato domino regi Polonie adversantes, sibi in dampnum in nostras municiones intromittere vel fovere tam diu, donec inter ipsum dominum regem Polonie parte ex una, et dominum regem Bohemie parte ex altera fuerit concordatum. Pro quo quidem nostri fideles subscripti duxerunt nobiscum eidem domino regi Polonie compromittendum, videlicet dominus Johannes Samborij, dominus Fridricus advocatus Chostensis, dominus Adam de Tharnowicz, Wincencius Samborij, Nycolaus advocatus Bythomensis cum consulibus et civium universitate. In cuius rei evidenciam presentes conscribi fecimus sub nostri sigilli munimine et nostrorum supradictorum fidelium nobiscum compromittencium sigillis duximus roborandas. Data Bythom in crastino beati Valentini sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

Grünhagen u. Markgraf: Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens, Leipzig 1883, tom II, str. 419. Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum głównem w Warszawie, opatrzony jest siedmiu pieczęciami bardzo zniszczonemi, z których tylko na drugiej wyraz SAMBORII wołodu, zaś na czwartej napis ADAM DE TARNOWICZ odczytać się daje. Jest ten dokument ogłoszony także w Dogiela: Codex diplomaticus regni Poloniae et magni ducatus Litvaniae, Vilnae 1758, tom. I, str. 538.

h

1346.

Clemens pp. VI.

Clemens episcopus [servus servorum Dei]. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri salutem [et apostolicam benedictionem]. Serenitatis tue litteris responsalibus ad nostras, quas tibi fili carissime super concordia inter carissimos in Christo filios nostros Iohannem Boemie et Kazimirum Polonie reges illustres, ac eiusdem regis Boemie natos, dissidentes invicem, reformanda dudum destinavimus, animo leto receptis et contentis in eis diligentius intellectis, responsionem tuam piam et benivolam nec non et affectionem sinceram, quam te habere circa eandem reformandam concordiam describunt dicte littere, cum gratiarum actionibus multipliciter in domino commendamus. Cum autem eidem regi Polonie scribamus, qualiter prefatus rex Boemie et dilectus filius nobilis vir Carolus primogenitus suus, nuper in nostra presentia constituti, et per nos super reformatione huiusmodi concordie requisiti, nobis benivole respondentes, se voluntati et ordinationi nostre super hoc adiecta pena decem milium marcharum auri et iuramento prestito summiserunt, ipsum regem Polonie attentius exhortando, ut procuratores suos ad faciendam similem summissionem idonea potestate suffultos studeat destinare, interim recipiendo cum prefatis rege ac marchione sufferentiam vel treugas usque ad alicuius competentis temporis spacium, infra quod negocium predictum per nos perfici valeat, gratia suffragante divina, serenitatem tuam rogamus et hortamur regiam, quatenus regem prefatum Polonie ad premissa velit efficaciter inducere tua regia celsitudo. Datum Avinione XI. kal. Iunii, [pontificatus nostri] anno quinto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1859, N. 1077, str. 713.

Ky

1346.

[Dogiel, T. 1, s. 5.]

Nos Conradus de Valamhdyn regie maiestatis serenissimi principis domini Iohannis regis necnon capitaneus Vratislauiensis nomine suo ac suorum filiorum, domini Caroli marchionis Morauie et domini Iohannis ducis Carinthie, notum facimus tenore presencium vniuersis, quod ex iussu et mandato speciali dominorum nostrorum predictorum treugas pacis fideles cum excellenti et magnifico principe domino Kazimiro rege Polonie, regno et terris sibi subiectis, nec non cum preclaro principe domino Bolkone duce Suidnicensi a data presencium ad terminum infra scriptum obseruandum firmiter duximus, ineundum, contrahendum et faciendum, pro quarum obseruacione treugarum honorabiles viros dominos, videlicet Henricum de Beberstein, Henricum de Vestenberg, Teschonem de Smolicz, Lutoldum de Lobel et Pasconem Rannthabe constituimus fideiussores, promittentes vna cum ipsis bona et sincera nostra fide in solidum sine dolo quolibet a data presencium vsque ad festum beati Martini proxime affuturum et vlterius, quamdiu nostra ex parte dictis dominis regi Polonie et duci Suidnicensi vel per ipsos nobis diffidacio nunciata vel premissa non fuerit. Que quidem treuge post diem huius diffidacionis infra quatuor decem dies continuos inclusiue, inuiolabiles et constantes ex vtraque parte permaneant, vt superius est premissum et insertum, intelligi volumus per presentes, ea debere firmiter et fideliter obseruari, nec eas vlla causa vel occasione per nos vel quascunque antepositas personas, que causa nostri quidquam faciunt et admittunt, de nostra sciencia, voluntate vel facto quomodolibet non tenere. Et nos prenominati Henricus de Beberstein, Henricus de Vestenberg, Tesco de Smolcz, Lutoldus de Lobel et Pasco Rannthabe predicte fideiussioni treugarum bona et spontanea voluntate nos subicientes et obligantes, promittimus sine omni dolo in solidum, bona fide pro omnibus subscriptis ciuitatibus, castris et incolis earundem vniuersis, videlicet Vratislauiensi, Nouoforo, Czobotenkant, Lewas, Stynaua, Gora, Reczin et Lubin etc. obseruacionem predictarum treugarum vsque ad terminum suprascriptum fideliter et inuiolabiliter obseruandum; et si inter nos et loca prescripta et eorum inhabitatores ab vna atque predictum dominum regem Polonie et ducem Suidnicensem et eorum terras et subiectos parte ab altera, qui presentibus sunt inclusi treugis, aliqua, quod absit, oriretur dissensio, tunc hunc, qui ex nostris esset huiusmodi dissensionis causa efficiens, a die quo proinde moniti fuerimus, infra quatuor decem dies continuos in castro Halicz debemus statuere, vt se de his expurget legitime, de quibus fuerit incusatus, et

./. si id nollet nec posset facere, tunc ad restauracionem omnium dampnorum per ipsum factorum, nos domino regi predicto et duci Swidnicensi astringimur fideliter et constanter. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Pyzdry feria tercia proxima ante Nativitatem sancte Marie, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

Dogiel: Codex diplomaticus regni Poloniae et magni ducatus Litvaniae, tom. I, Vilnae 1758, str. 5, z oryginału, u którego było sześć pieczęci przywieszonych.

1347.

Famosis viris ac fide dignis proconsulibus, consulibus, mercatoribus totique communitati in Thorun existentibus, Demetrius Dedko provisor seu capitaneus terre Rusie, salutem in Domino sempiternam. Viri pacifici quoniam ipsi possidebunt terram, huius sacri eloquii grande misterium, attendentes discordiam a dyabolica suggestione seminatam inter dominum Kazimirum regem Polonie et nos, et inspiracione Almi Pneumatis, postergantes temptatorem humanum, concordie iniuimus vnionem. Igitur scire volumus vniuersos, terram Rusie visitare cupientibus (s), quod secundum iura nostrorum predecessorum cum mercimoniis neminem pertimescentes Lemburgam secure poterint subintrare. Qui vero ad conmansionem ibidem venire proposuerint, hereditatem liberam concedimus et donamus, prout pristini exactionem nobis annuatam, nec non alia iura solum sint tribuentes. Dampna vero post obitum domini nostri felicis memorie ducis Rusie quecunque Lemburgenses intulerunt, duntaxat excipimus litteris in aliis et in istis. In signum autem huius compromisionis, et vt fides nobis poterit adhiberi, hanc paginam nostro munimine iussimus roborari. Datum in Lemburg anno in presenti.

Monumenta Hungariae historica. Acta extera, Tom. II N. 239, str. 259, z oryginału pargaminowego, opatrzonego pieczęcią Dymitra Dedki, przechowanego w tajnem archiwum królewieckiem.

[Acta Capitulorum, t. 2, nr. 539] 245 97 51

Kazimirus rex Polon. etc. 1347 Febr. 27, in Bresth;

Gniezno. Arch. Consistor. archiepisc. Acta d. a. 1457.

In nomine Domini amen. Gesta rerum omnium que fiunt in tempore ne simul cum cursu decidant in oblivionem, ideo recommendat ea solempnis titulus literarum. Noverint igitur tam presentes quam futuri quibus expedit universi quod nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Sandomirie Cracovie Syradie Lancicie Cuyavie Pomoranie Russieque dominus et heres notificamus quod consideratis et inspectis iuribus sculteciе antique in villa nostra Clobya sita unum miliare ante civitatem nostram Bresth in terra Cuyavie in privilegio genitoris nostri dive recordacionis Wladislai Dei gracia regis Polonie qua iura cum sculteccia inferius scripta ad peticionem Nicolai dicti Breeyntik civis nostri nec non sculteti ibidem in Clobya quam sculteciam emerat pro nonaginta marcis denariorum monete

Brestensis usualis de novo cum privilegio nostro innovamus attribuimus ascribimus et perpetuo assignamus predicto Nicolao Brezntik et suis successoribus dictam sculteciam ibidem in Clobya videlicet cum hys iuribus. Nobis quinque mansos et sculteto iam dicto et suis legitimis posteris sextum mansum damus liberum pariter computantes quodquod ibidem ex mensura[zi] poterit. Quos mansos dicte scultecie pertinentes liberamus a censu et ab omnibus solucionibus nostris tam parvis quam magnis a labore. Decimam vero dictus scultetus de suis mansis libere cui voluerit dabit et assignabit. Addimus ad hoc scultecie decem ortos liberos eciam tabernam liberam quotquot ibi esse poterunt locari. Damus eciam dicto sculteto ibidem in fluvio facere sibi liberum molendinum ~~pariter~~ potest eciam habere gregem ovium que pascere potest libere per totam hereditatem sine vicinorum dampno. Damus ei eciam et pratum ubicunque ibidem in hereditate melius poterit sibi preparare. Item dicto sculteto et suis liberis damus tercium denarium de iudicis provenientem

et quitquit cessent nomine pene tam parve quam magne et toto iuramento. Ut autem ipsa hereditas eo melius in suis iuribus valeat roborari amodo eidem ius Theutonicum Culmense predictum damus perpetuo duraturum removentes ibidem omnia iura Polonicalia modos et consuetudines universas que ipsum ius Theutonicum sepissime perturbare consueverunt. Eximimus insuper et perpetuo liberamus scultetum et omnes incolas hereditatis predicte ab omnibus iurisdicionibus potestatibus et penis omnium palatinorum castellanorum iudicum subiudicum regni nostri ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro quibuscumque causis tam magnis quam parvis puta furti sanguinis homicidii incendii mebrorum mutilacionibus et aliis quibuscumque citati minime respondere aut aliquas penas solvere tenebuntur sed tantum incole coram suo sculteto scultetus vero coram nobis dumtamen per literam nostram sigillo nostro munitam evocatus fuerit tunc de se querulantibus suo nichilominus iure Theutonico Culmensi respondere sint astricti. In causis autem criminalibus et ca-

pitalibus superius expressis sculteto hereditatis predicte cum scabinis ad hoc deputatis iudicandi senteciandi condempnandi et puniendi plenam concedimus et omnimodam facultatem prout ipsum ius Theutonicum Culmense in omnibus suis clausulis punctis et articulis postulat et requirit. Declaramus eciam specialiter et expresse quod incole eiusdem ville nobis et nostris successoribus de quolibet manso solubili pro censu per duodecim grossos Bohemicales et pro decima duodecim mensuras triplicis grani duas scilicet tritici quatuor siliginis et sex avene singulis annis in festo beati Martini confessoris perpetuo solvere tenebuntur. Volumus insuper ut dicta villa nostra Clobya omnibus aliis iuribus gaudere debeat quibus nostra civitas Brzesth predicta gaudere dinoscitur ab antiquo. Preterea admittimus de gracia nostra speciali quod sepedictus scultetus Breyntik et successores ipsius legitimi memoratam sculteciam in Clobya cum omnibus suis iuribus et pertinenciis plenam habeant facultatem meliorandi tenendi

possidendi habendi donandi commutandi vendendi ac pro sua suorumque posterorum voluntate prout eis melius et utilius videbitur convertendi et faciendi. Ut autem hec sculteeie memorate in novacio asscripcio et confirmacio predicta inconcussa et inconvulsa perpetuo perseveret duratura presens privilegium iussimus scribi et nostri maioris sigilli munimine corroborari et appendi. Actum et datum in Brestk feria tercia post dominicam Reminiscere miseracionum etc. anno Domini M tricentesimo quadragesimo septimo presentibus hys nobilibus nostris Alberto palatino Chebda de Muschow Brestensi Voyslao de Vola Bydgostiensi Meyslao de Conyeczsko Cowaliensi, Stanislao de Mozurowo Conarsky Nasangno iudice dicto Colaczek, palatino, iudice et castellanis Cuyaviensibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus Iacobi notarii curie nostre



[Perlbach]

20

99

-249

Kölner Cop. fol. 38 a. b. n. 87.

Johannes abbas in Landa 1347, Juli 26-30, s. l.;

Copia privilegii super sculteciam in Vyrzbno.

In nomine domini amen. Nos frater Johannes abbas in Landa monasterio ordinis Cisterciensis Gnesnensis dyocesis audituris presentem paginam et[a] inspecturis notum facimus universis quod de consilio et consensu unanimi fratrum nostri conventus Virbina hereditatem nostram inter Golkowicze et Cowalewo sitam cum agris pascuis pratis nemoribus et ceteris utilitatibus exposuimus probo viro Johani dicto der Kinder iure Theutunico ad locandam sub ordinacionibus infrascriptis. In primo videlicet quod dictus Johannes et sui successores ratione locacionis officium scultecie cum duobus mansis liberis de nostra presenti donacione ~~nostro~~ iure hereditario imperpetuum pacifice possidebunt nec non thabernam, pistrinam, macellum, fabricam, sutorium dictis Johanni et suis successoribus in dicta nostra hereditate habendi dedimus facultatem dantes nichilominus Kmethonibus ad Virbina nostram hereditatem venientibus de agris cultis tribus et de incultis et nemorosis quinque annis plenariam libertatem quibus evolutis de quolibet manso duas mensuras tritici duas ordei quatuor siliginis quatuor awene et fertonem denariorum ratione census annis singulis in festo sancti Martini nobis solvere tenentur et ad claustrum suis laboribus presentare ac nobis quolibet in anno idem villani nostrum ad mandatum arare tribus vicibus sunt astricti. De iudicato vero dictus scultetus tercium denarium habebit et sui perpetue successores. In colloquiis autem magnis, que fiunt ter in anno nobis aut nostro nuncio qui presidebit eisdem colloquiis loco nostri, scultetus unum et villani duo prandia ministrabunt et in dubiis causis ius quod wlgariter orthil dicitur in Landa civitate sive opido claustri idem villani querere non omittent et pro criminalibus causis sive culpis predictus scul-

a) et 2mal K.

~~x pruiō~~

tetus cum suis scabinis in iudicio dicte hereditatis nostre Virbina iudicatum et ad mortem condempnatum in prefata civitate Lynda seu opido per virgam iudicii ~~pervenire~~ nn ?* punire debent et tenentur. Insuper sepedicti scultetus et villani dicte nostre hereditatis de Virbina ad singula servicia nobis obligantur que proborum virorum sculteti et Kmethones suis dominis hic in terra hactenus facere consweverunt. Item ut sufficiens litterarum declaracio paci perpetue tribuat incrementum x serenius tenore presencium duximus x fol. 38b exarandum videlicet quod a communi transitu rivuli qui Sdreewnuicza dicitur usque ad pontem lacus molendini viam versus Slupczam civitatem dirigentem sortem a via sinistram in qua prius nostra curia fuerat situata cum nostro molendino lacu eiusdem et manso qui iacet ex altera parte littoris, quem quidem mansum vendere, alienare seu concedere nemini volumus aut intendimus nobis et nostro monasterio firmiter et perpetue reservamus. Dextram vero sortem a dicta via que respicit versus Rosschůt villam nostram usque ad metas eiusdem ville a littore lacus molendini ascendendo sepedicti villani in Virbina dictam nostram hereditatem residentes in agris pratis pascuis et ceteris utilitatibus possidebunt addicientes quod in lacu nostri molendini si estu exsiccante in Sdreewnuicza rivulo aqua defecerit de nostra habita licencia memorati scultetus et villani eorum peccora poterint adequare. Item molendinarius qui in nostro ibidem molendino fuerit in sepescripta hereditate nostra Virbina communibus pascuis utetur ibidem ceteris cum villanis. Nec silencio committendum quod sortem dextram paludibus retro molendinum Slupczam civitatem respicientem a lacu qui Virbina dicitur de molendino descendens nobis reservamus cum ceteris prenotatis sors vero paludis versus nostrum claustrum tendens a sinistra parte dicti lacus in sortem sepescriptorum possessionem iuvabitur villanorum, ita tamen, quod in eadem sinistra parte retro molendinum ortos tempore curie nostre ibidem habitos nobis funditus custodimus. Datum anno domini millesimo CCC^mo qua-

dragesimo septimo infra octavas beati Iacobi apostoli. In quorum omnium predictorum testimonium et robur firmitatis cum nostro ac nostri conventus sigillo presentem paginam dedimus communitam, presentibus fratribus domus nostre Rülkino priore Nicolao cellerario, Alberto portario, Iohanne quondam cantore, Hermanno custode et suppriore et ceteris fidedignis.

1355.

Lud.-Rel. V nr 35 -251-
str. 512
między 1347 a 1356

In nomine Domini amen. Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Cuiauie a), Siradie, Pomeranie dominus et heres terre Russie notum facimus tenore presencium vniuersis, quod cum nos propter diuersa et multum ardua nostra nostrique regni negocia et specialiter infidelium Lithuanorum perfidiam, qui diu noctuque curas peruigili conatu intendunt, qualiter terras nostras et homines regni nostri predicti inuadere possent hostiliter et perdere, hac vice cum serenissimo principe ac domino Carolo Romanorum et Boemie rege, fratre nostro carissimo, personaliter non possumus conuenire, licet tamen multa et ardua cum ipso haberemus tractare et finaliter terminare: quare sano dilectorum ac fidelium nostrorum dominorum procerum (et) baronum consilio habito super eo et eciam deliberacione inter nos prehabita diligenti, nobiles ac strenuos viros dominum Czenkonem de Lipa b) supremum regni Boemie burggrauium et Gesconem Sura c) Sandomiriensem palatinum, nostros sincere dilectos, de intencionibus et proposito nostris informatos fecimus, et constituimus et ordinamus illos in nostros nostrique regni veros et legitimos procuratores et nuncios speciales omni iure, modo et forma meliori, dantes et concedentes eisdem procuratoribus nostris plenam, meram et liberam potestatem litteras nostras per presentes, facta nostra ac eciam regni nostri antedicta negocia cum predicto fratre nostro carissimo domino Carolo, Romanorum et Boemie rege illustrissimo tractandi, placitandi et procurandi et de his omnibus et singulis cum eodem domino rege in amicicia et in vnum concordandi de eisque despondendi, prout dictis procuratoribus nostris aut eorum alteri videbitur expedire et generaliter ad faciendum omnia et singula, que veri et legitimi procuratores et nuncij speciales in talibus facere possunt et deberent, et que nosmet ipsi faceremus, si premissis omnibus et singulis personaliter adessemus, eciam si mandatum exigant speciale: promittentes bona fide nostra sine dolo omnia et singula per iam dictos dominos Czenkonem de Lipa d) et Gesconem dictum Sura e) tractata, ordinata rata et grata habere perpetue et inuiolabiliter obseruare. Insuper ~~rex~~ nos Kazimirus rex Polonie antedictus, prelibato fratri nostro carissimo domino Carolo Romanorum et Boemie regi promittimus et spondemus, quod omnes et singulas litteras cuiuscunque condicionis et tenoris et sub quacunque forma verborum per sepedictos dominos Czenkonem et Gesconem sibi date existant super tractatibus quibuscunque, ratas ~~et~~ ac gratas habere, nec contra ipsas verbo vel facto ~~x~~ racioneue aliqua vllo vnquam tempore contraire, tan-

/· quam ipse littere nostro maiestatis sigillo essent roborate. In cuius euidens testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigilli nostre maiestatis appensione iussimus communiri. Actum et datum Cracouie in die Simonis et Iude beatorum apostolorum.

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 512 N. 35. Sprostowane mylki: a) Sandomeris, Lautisiciae, Cinauiae, b) Chenconem de Ripa, c) Iuras, d) Ripa, e) Iuras, f) nostri.

Jan Iura jest wojew. sandom. 1347–1355, mógłby ten dokument być z r. 1355 ze względu na układy z r. 1356, ale tu Karol tytułowany jeszcze królem Rzymskim, gdy już od kilku miesięcy był cesarzem.

[Perlbach]

21

252

102

Kölner Cop. 18b/19a n. 33.

Dobeslaus fil. Zire her. in Coszol 1348 s.d., in Brest

1348. o. T. Brzesć

Dobeslaus Zira's Sohn Erbe von Kosciol verzichtet zu Gunsten des Klosters Ląd auf das Dorf Lang.

Noverint universi tam presentes quam futuri quorum audiencie presens scriptum fuerit recitatum, quod nos Dobeslaus filius Zire heres de Coscrol una cum nostra posteritate legitima abrenunciamus hereditatem predictam Langg* fide digna per presentes pro tali ordinatione et concordia factas per nobiles viros dominum Przedborium capitaneum Cuyavie, Albertum palatinum Brestensem, Vincencium iudicem Brestensem, Chebdam castellanum Brestensem, prout litteris suis roboratis firmaverunt, quia religiosos viros abbatem unacum conventu de Landa pro iam dicta hereditate nunquam impedientes in eternum. In huius rei testimonium presentem litteram scribere mandavimus et sigillo nostro roborari. Actum et datum in Brest anno domini M°. CCC°. XLVIII° presentibus suprascriptis.

* fol. 19a

cop. et coll.
11. XII. 82. P.

1348.

Karolus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus et Boemie rex, ad universorum noticiam volumus devenire, quod nos attendentes grata et accepta servicia dilectorum fidelium nostrorum .. iuratorum, consulum et communitatis civium civitatis nostre Brunnensis, que nobis nec non clare memorie illustri Johanni quondam regi Boemie, genitori nostro carissimo, in magnis et arduis negocijs impenderunt hactenus et impendere continue non desistunt, eisdem civibus, ut dicta civitas eorum dilatetur honoribus et volivis prestante altissimo successibus augeatur, concedendum duximus et eciam indulgendum, quod omnes et singuli mercatores et vectores cum quibuslibet ipsorum mercibus et curribus tam de Austria, quam Hungaria et Polonia aut undecunque alias venientes, solum per civitatem Brunensem et non aliunde via publica et strata regia venire, ire debeant et transire. Quocirca universis et singulis capitaneis, camerarijs, subcamerarijs, iudicibus et ceteris officialibus nostris per Moraviam constitutis, seriose committimus et mandamus, omnino volentes, quatenus ipsi et quilibet eorum, qui et prout a predictis civibus fuerit requisitus, prefatos mercatores et vectores, ut cum dictis bonis et mercibus eorum per prefatam civitatem Brunnensem transitum iuxta dictam concessionem nostram faciant per arrestacionem et occupacionem bonorum ipsorum et modos alios, prout expedire conspexerint, auctoritate nostra districtius arceant et compellant. In quorum testimonium presentes literas scribi et sigillo maiestatis nostre mandavimus communiri. Datum Prage anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, XI. calendas Aprilis, regnorum nostrorum anno secundo. — Ger. de Medlico ad relacionem domini cancellarii.

Oryginał pargaminowy, opatrzony pieczęcią, dobrze dochowaną pieczęcią, znajduje się w archiwum miasta Berna. Ogłoszony drukiem w Elverta: Geschichte Brünns, str. 260 i ~~Brno~~ Chytila: Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae, Tom. VII, vol. 2, N. 761.

1348. [23. VI.]

[Kod. Pol. t. 3, nr. 98.]

(I)N nomine domini Amen. Quod Magnifica Regum magestas facere decreuit maxime ad vtilitatem sui Regni, debet esse firmum et stabile, roburque perpetue firmitatis obtinere. Igitur Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Notum facimus vniuersis tam presentibus, quam futuris, hanc literam inspecturis, Quod cupientes vtilitates Regni nostri per amplius ampleare (!), Discretis viris Nicolao dicto Vlosinczar et Hermanno damus villam in fluuio, qui Sitnicza dicitur, inferius metis Beycz Iure Theutonico, quod Maydburgense nuncupatur, que villa habebit in limitibus suis Sexaginta mansos locandi, disponendi et mansos mensurandi omnimodam potestatem. In qua villa damus predictis Nicolao et Hermanno et eorum posteris Sculteciam perpetuo tenendam, habendam, donandam, vendendam, commutandam ac possidendam, pro sua et suorum posterorum voluntate quomodolibet conuertendam. quibus Scultetis racione eorum scultecie et successoribus ipsorum perpetuo et Iure hereditario damus sex mansos liberos, Molendina quotquot possunt facere infra limites dicte hereditatis libera, Cameram panum, carnium, sutorum, Tabernas duas, Braseatorium, piscinas duas, licebitque dictis Scultetis et posteris eorum ipsorum piscari infra limites dicte hereditatis; Tercium denarium de Iudicio in causis tam magnis, quam paruis, duobus duntaxat pro nobis reseruatis, sextum vero denarium de censu; vnum mansum pro grege pellendo, quod Scotnicza dicitur, et vnum pro Ecclesia dictus Scultetus ante omnia debet mensurare. remouemusque a predicta villa omnia Iura Polonicalia, angarias et preangarias qualescumque, ita quod kmethones dicte ville coram nullo Iudice Polonicali debent respondere, nisi coram suis Scultetis dicte ville; sculteti vero coram Iudice nostro theutonicali, dum per nostram literam fuerint citati, Iure theutonico predicto respondere tenebuntur, secundum quod ipsum Ius theutonicum requirit. Et ut dicta villa cicius possit locari, omnibus et singulis kmethonibus dicte ville a data presencium ad viginti annos damus a solucione census et alijs quibuslibet solucionibus ac seruicio

omnimodam libertatem. Qua elapsa extunc kmethones de quolibet manso racione census per octo scotos et pro decima per fertonem in festo beati Martini sol-uent, Sculteti vero et sui posteri ad expedicionem cum vno homine in plactis uel in pancerio tenebuntur ser-uire. ad tria iudicia magna, que ter in anno fieri consueuerunt, vnum Sculteti et duo (prandia) kmetho-nes nuncio nostro ministrabunt, uel pro quolibet pran-dio per octo scotos soluent. In causis autem crimina-libus quibuscumque magnis uel paruis, Scultetis iam dicte ville iudicandi, condempnandi et puniendi iuxta ipsum Ius theutonicum damus omnimodam facult-tem. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presen-tibus duximus appendendum. Data Cracouie in vigilia beati Iohannis Baptiste, Anno domini M°. CCC. Qua-dragesimo Octauo. Presentibus hijs testibus: Wilczkone Castellano Sandomiriensi, Hermanno procuratore, flo-riano Cancellario Lanciciensi, Petro Voyski, Clemente Subdapifero Sandomiriensibus, Nicolao de Bibicz burgra-bio de Beycz, et alijs multis fidedignis.

1) Z oryginału pargaminowego, u którego pieczęć wraz z sznurkiem oderwana.

R.

Ex originali Josephi Comitis Rusiecki.

[Nakielski, s. 271.]

Wladislaus dux dobrinensis et lanciciensis cum fratribus hospitalis ordinis sepulcri domini circa civitatem Ryppin commutationem fundorum facit, et hospitale erigendum committit. - 1

1349 In nomine domini Amen. Quoniam decens expediens et honestum est quod cuncta gesta mortalium que presentibus aguntur temporibus ne simul cum tempore a memoria hominum elabescant scripturarum apicibus ac voce testium eternentur Ea propter notum sit uniuersis presentibus et posteris presencium noticiam habituris quod Nos Wladislaus dei gracia dux et dominus dobrinensis et lanchiciensis terrarum Volentes permutacionem facere agrorum infrascriptorum hinc et inde alternatim cum religiosis viris fratribus Nicolao preposito et conuentu fratrum hospitalis circa antiquam ciuitatem Ryppin Ordinis sepulchri domini. agros nostros secus viam per quam de noua Ciuitate Ryppinensi pergitur ad antiquam sitos inter agros aduocati eiusdem ciuitatis, quorum latitudo protenditur a uallicule siue fossato diuidente dictos agros cum agris aduocati predicti usque ad pomerium iuxta vallem antiqui castri Ryppinensis situm. et cum ipso pomerio. et cum cacumine montis iacentis ex opposito ipsius hospitalis. cum omnibus utilitatibus et prouentibus quos in dictis agris formare potuerint modo quolibet temporibus in futuris damus tradimus ac liberaliter et de certa sciencia resignamus nostro et nostrorum liberorum ac quorumlibet heredum nomine tytulo permutacionis. predictis preposito et conuentui fratrum hospitalis supradicti vice et nomine

et nomine eiusdem hospitalis perpetuo habendos tenendos et possidendos pacifice et quiete, quibus eciam agris renunciauimus et ex nunc renunciamus realiter ac personaliter perpetuo in hijs
3/ scriptis, vallem siue montem castri cum ortis ex altera parte ipsius vie iacentibus preposito et fratribus predictis resignauimus. Acceptauimus itaque a predictis preposito ac fratribus hospitalis prescripti eodem tytulo permutacionis viceuersa decem et octo mansos in villa nostra Roscouo sitos hospitale ad predictum pertinentes cum omni censu et iure prout hactenus ad ipsum hospitale pertinebant pro nobis nostro et dominio perpetuis temporibus obseruandos. pro prato vero ipsorum quod pro ortis locandis ciuibus nostris Ryppinensibus contulimus, eisdem fratribus viceuersa pratum nostrum in Ogniwnik duximus conferendum. Damus insuper sepius nominatis fratribus molendinum sub antiquo castro situm, cum piscina ipsius molendini et duo iugera quod morgi wlgariter nominatur. unum iuger penes molendinum et aliud ex opposito molendini ultra piscinam. et tabernas in villa Ciuitatis antique perpetuo possidendas. saluo tamen tercio denario aduocati, tabernarum videlicet predictarum. Largimur eciam et conferimus ac nichilominus ex gracia speciali dictis fratribus pro nostre ac patris et matris progenitorumque nostrorum remedio animarum. et ut predictos fratres qui in ipso hospitali pro tempore fuerint. nostri crebrior et iugis in ipsorum

oracionibus

oracionibus memoria habeatur. pro nostris excessibus omnipotentis dei clemenciam suppliciter exorantes, inpartimur octo iugera quod morgi wlgariter ut superius scriptum est in foribus noue Ciuitatis Ryppinensis, pro ecclesia et hospitali ac alijs edificijs construendis In quo hospitali frequenter tres fratres ipsius ordinis. sacerdotes stare tenebuntur: quartum in hospitali antiquo pro remedio animarum omnium ibidem defunctorum dominum suppliciter exorantem, statuentes. Tenebuntur autem fratres sepius nominati Ecclesiam et hospitale infra unius anni reuolucionem a data presencium construere. in ipso hospitali duodecim infirmos reponentes frequenter. quibus omnia vite alimenta ministrabunt. Cum autem infirmos non habuerint, elemosinas. semel singulas per edomadas (sic), causa salutis nostre pauperibus tenebuntur erogare. Ut autem hec nostra commutacio. nec non singulorum prescriptorum donacio nostra presens. de salubri sollempnique habita consilio robur perpetue obtineant firmitatis presentes dictis fratribus fieri nostrique maioris sigilli munimine iussimus roborari. Actum et datum in Bobrownik in die inuencionis sancte crucis Sub anno domini Millesimo. CCC. xLix. (~~Millesimo trecentesimo quadragesimo nono 1349~~) Presentibus testibus 14 Septembris
Comitibus. Johanne Subcamerario Stephano Subuenatore Lanchiciensibus. Adam Swinka Tyczmanno de Radomino dobrinensibus. Ebrhardo

aduacato

aduocato Tylone protunc proconsule Rypinensibus et alijs quam plurimis fide dignis. Scriptum per manus Henrici Curie nostre notarij.

Sigillum deest.

Cf. Gawarecki opis Ziemi Dobrzyńskiej i w Nakielskim pag. 271. drukowany

1. Nie wiem co znaczy podkreślenie w pisaniu wyrazów „urgendum committit".

2. Czy nie vallum raczej czytać wypadałoby — pomimo należy oryginału.

Zkollacyonowane

A. Z. H. [Helcel]

Jedwab zielony wśrodku.

druk Nak. 271.

1349.

In nomine Domini Amen.

Quoniam decens, expediens et honestum est, quod cuncta gesta mortalium, que presentibus aguntur temporibus, ne simul cum tempore a memoria hominum elabescant, scripturarum apicibus ac voce testium eternentur, eapropter notum sit universis presentibus et posteris presentium notitiam habituris, quod nos Wladislaus, Dei gratia dux et dominus dobrynensis et lanciciensis terrarum volentes permutationem facere agrorum infrascriptorum hinc et inde alternatim cum religiosis reverendis fratribus Nicolaeo preposito et conventu fratrum hospitalis circa antiquam civitatem Rypin, ordinis sepulchri Domini, agros nostros secus viam, per quam de nova civitate rypinensi pergitur ad antiquam sitos inter agros advocati eiusdem civitatis, quorum latitudo protenditur a valliculo sive fossato dividente dictos agros cum agris predicti advocati usque ad pomerium iuxta vallem antiqui castri rypinensis suum et cum ipso pomerio et cum cacumine montis iacentes ex opposito ipsius hospitalis, cum omnibus utilitatibus et proventibus, quos in dictis agris formare potuerint modo quolibet temporibus in futuris, damus, tradimus ac liberaliter et de certa scientia resignamus nostro et nostrorum liberorum ac quorumlibet heredum nomine titulo permutationis predictis preposito et conventui fratrum hospitalis supradicti vice et nomine eiusdem hospitalis perpetuo habendos, tenendos ac possidendos

pacifice

pacifice et quiete. Quibus etiam agris renuntiavimus et exnunc renuntiamus realiter ac personaliter perpetuo in suis scriptis. Vallem sive montem castri cum omnibus ex altera parte ipsius viæ iacentibus preposito et fratribus prædictis resignavimus. Acceptavimus itaque a prædictis preposito et fratribus hospitalis suprascripti eodem titulo permutationis vice versa decem et octo mansos in villa nostra Poskowo*) sitos ad prædictum hospitale pertinentes cum omni censu et iure, prout hactenus ad ipsum hospitale pertinebant, pro nobis a nostro dominio perpetuis temporibus observandos. Pro prato vero ipsorum, quod pro ortis locandis civibus nostris ryppinensibus contulimus eisdem fratribus, viceversa pratum nostrum in Ogniwnik**) duximus conferendum. Damus insuper sepius nominatis fratribus molendinum sub antiquo castro situm cum piscina ipsius molendini et duo iugera, quæ morgi vulgariter nominantur. unum iugerum penes molendinum et aliud ex opposito molendini ultra piscinam et tabernas in villa civitatis antiquæ perpetuo possidendas; salvo tamen suo denario advocati tabernarum videlicet prædictarum. – Largimur etiam et conferimus ac nihilominus ex gratia speciali dictis fratribus pro me ac patris et matris progenitorumque nostrorum remedio animarum et ut per dictos fratres, qui in ipso hospitali pro tempore fuerint nostri crebrior et iugis in ipsorum orationibus memoria habeatur pro nostris excessibus omnipotentis Dei clementiam suppliciter exorantes, impertimur octo iugera, quæ morgi vulgariter, ut superius scriptum est in foribus novæ civitatis Ryppinensis pro ecclesia et hospitali ac aliis ædificiis construendis; In quo hospitali frequenter tres

*) omylnie zamiast Ruszkowo – patrz przyw. 1327. i 1323.
**) miejscowości tej nazwy niema w tabelli miast i osad w Król. pol. z r 1827.

tres fratres, ipsius ordinis sacerdotes, stare tenebuntur. quartum in hospitali antiquo pro remedio animarum omnium ibidem defunctorum Deum suppliciter exorantem statuentes. Tenebuntur autem fratres saepius nominati ecclesiam et hospitale infra unius anni revolutionem a data proventuum construere in ipso hospitali duodecem infirmos reponentes frequenter, quibus omnia vitae alimenta ministrabunt. Cum autem infirmos non habuerint eleemosinas semel singulas per hebdomadas causa salutis nostrae pauperibus tenebuntur erogare.

Ut autem haec nostra commutatio nec non singulorum praescriptorum donatio nostra praesens de salubri solemnique habito consilio robur perenniter obtineant, firmamus praesentes dictis fratribus fieri nostrique sigilli munimine jussimus roborari. Actum et datum ~~et~~ in Bobrownik*) in die inventionis sanctae crucis (3° Maja) sub anno Domini millesimo trecentesimo XLIX. – Praesentibus testibus comitibus: Joanne Subcamerario, Stefano subvenatore lanciciensibus, Adamo Ownika, Jucrmanno de Radomino dobrynensibus, Ebrhardo advocato, Tylone protunc proconsule ryppinensibus et aliis quam pluribus fide dignis. Scriptum per manus Henrici curiae nostrae notarii. Locus sigilli pensilis cerei.

podał do oblaty 1747 X. Sylwester Sandecki, ś. teologii professor, generalny miechowski Konsyliarz, pleban uniKowski.

O. 176. p. 438.

*) Bobrowniki miasteczko w województwie płockiem, powiecie lipnowskim – niegdy miasto gradowe.

Nos Kazimirus Dei gracia Polonie rex, notum facimus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, quod nostris regnicolis omnibus et presertim ciuitatis Sandomiriensis nec non incolarum et inhabitancium eandem condicionem facere volentes meliorem, et commodis ac vtilitatibus ipsorum pro nostris viribus intendere et inuigilare summopere cupientes, omnibus et singulis mercatoribus de Thorun et partibus ac locis omnibus terre Prussie, nec non et alijs quibuscunque locis seu partibus, cuiuscunque status ipsi mercatores vel condicionis existant, cum ipsorum rebus et mercibus versus Hungariam, vel quascunque partes et loca ipsius terre Hungarie transire volentibus, per ciuitatem eandem nostram Sandomiriensem cum rebus et mercibus ipsorum transeundi et eundi liberam et omnimodam tenore presencium ipsis damus et concedimus facultatem; nulli ipsis, si non alias quascunque transiuerunt vias, vel alicui ipsorum aliquod incommodum et impedimentum preparando. Similiter vero e conuerso, quicunque mercatores de Hungaria et eius quibuscunque locis et partibus versus Thorun et partes Prussie predictas se cum ipsorum rebus et mercibus, vt premittitur, per dictam ciuitatem Sandomiriensem transferant, libere ac secure cum eisdem rebus transeuntes. Per hoc autem nostrum mandatum ciuitati nostre Cracouiensi in nullo penitus derogamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Sandomirie die sancti Bartholomei apostoli.

Monumenta Hungariae historica: Acta extera, Tom. II, N. 291, str. 361, z oryginału pargaminowego, przechowanego w archiwum miasta Torunia.

[zb. Perzanowski: Opactwo lubińskie, nr. 67]

104.

pag. 123b.

Fr. Andreas abbas etc. monasterii Lubinens. 1350 Mai. 25, Lubyn;

260

In nomine Domini amen. Cum labilis sit memoria hominum et hominibus dies crastina sit incerta, scripto commendari oportet que racionabiliter aguntur in tempore, ne aut oblivione pereant, vel eorum qui lucem veritatis interdum malicie tenebris oblivione gestiunt retractantur. Noverint igitur universi presentes et futuri, presentem paginam inspecturi, quod nos frater Andreas miseracione divina abbas una cum conventu nostri capituli fratrum monasterii Lubinensis ad honorem et prosperitatem nostram nostrorumque successorum credentes pertinere, vendidimus scultetiam Petro et suis posteris in villa nostra que wlgariter Luszkowo nuncupatur pro decem marcis grossorum, videlicet tres mansos liberos, tres ortos, tabernam, pistrinum, macellum carnium, sutoriam, fabrum et terrium denarium de iudicio, resignaciones, iuramenta ex integro et pratum quod velowicz vocatur. Hec omnia predictus Petrus et sui posteri libere perpetuo possidebunt. Damus eciam predicte hereditati libertatem trium annorum quod locent curias aliomodo quam antea fuerunt et infra quos libertas durat decimam nobis exsolvent, expleta libertate censum nobis et nostris successoribus dare tenebuntur annuatim de quolibet manso octo mensuras triplicis frumenti, videlicet quatuor siliginis, duas avene et duas tritici et fertonem usualis monete; prefati vero villani nobis ter in anno tenebuntur arare. Honorare eciam nos et successores nostros debebunt supradicti villani quolibet anno ad diem Pasce per quindecim ova et unum latus carnium pro quatuor scotis. Sepius vero nominati villani nobis et successo-

ribus

ribus nostris tria prandia iuxta tria iudicia generalia dare tenebuntur, scultetus unum et kmetones duo, vel pro quolibet prandio unum fertonem grossorum persolvent. Supradictus vero scultetus et sui posteri nobis et successoribus nostris servire tenentur in equo valente alteram dimidiam marcam. Unde ne aliqua possit oriri calumpnia sive ignorancia vel eciam invidia, nostram vendicionem seu sculteti empcionem aliquis volens obfuscare vel aliquo casu malicie tenebris impedire, subscripto testium infrascriptorum hanc literam nostri et nostri Capituli sigillorum impressione fecimus roborari. Datum et actum Lubyn in die beati Urbani pape, quinto (sic) kalendas Junii, anno gracie Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, per manus fratris Iohannis cellerarii ac notarii curie nostre, presentibus his testibus: comite Iohanne Wiscotha castellano Crzywynensi, Dzirszcone fratre suo de Wiscocz, Premilone de Spithkowicz, Petro de Darnowo, heredibus, Wiszcone sculteto de Thurew et aliis quampluribus fidedignis, ad hec adhibitis et rogatis.

1350.

Cod. Morav. - 261

Karolus Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Fidelibus suis dilectis ciuitatum Pragensis, Wratislauiensis, Chutnensis, Olomucensis, Brunensis, Glacensis, Noue ciuitatis in Morauia aliorumque locorum et opidorum per Boemiam et Morauiam iudicibus, consulibus, scabinis, iuratis, magistratibus, rectoribus et ciuibus, ceterisque omnibus et singulis in Romano imperio seu in aliis quibuscunque principatibus residentibus, nobis et imperio subiectis, ad quos presentes peruenerint, graciam regiam et omne bonum. Grauem fidelium mercatorum nostrorum de Boemia et Morauia querelam recepimus continentem, quod ciues et mercatores de Cracouia contra approbatam et antiquitus semper obseruatam consuetudinem a tempore, cuius in contrarium memoria non existit, per nouas et abusiuas ipsorum constituciones, iuri contrarias, eosdem mercatores hucusque contra Deum et iusticiam impediuerint et violenter impediunt, ne ipsi cum eorum rebus et mercacionibus versus Russiam et Prussiam procedere presumant eisque stratas et vias huiusmodi precludunt, in eorundem mercatorum nostrorum irrecuperabile dispendium ac iurium nostrorum et imperii derogacionem manifestam, ex eo, quod omnes strate et vie quibuscunque regnis et dominiis in terra et aquis ad nos et Romanum imperium de iure pertinere dignoscuntur, de quo admiramur vehementer, presertim cum homines et mercatores de Cracouia et aliis terris regis Polonie in omnibus ciuitatibus et terris nostro dominio suppositis, cum eorum mercibus absque omni impedimento et grauamine libere et secure hucusque transiuissent et eorum negociaciones exercuerint, prout eis visum est vtilius expedire. Nolentes igitur huiusmodi iniurias et violencias nostris mercatoribus illatas et que continue inferuntur, sub paciencie silencio preterire, sed pocius ipsorum commoditatibus et profectibus, vt tenemur, salubriter prouidere, vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet per se, qui requisiti fueritis, districte precipimus et mandamus gracie nostre sub obtentu, quatenus vniuersos et singulos ciues et mercatores de Cracouia et aliis ciuitatibus et terris regis Polonie, quandocunque vel quocienscunque ad vos et loca vestra cum ipsorum mercibus applicuerint, ipsos statim nullo alio expectato mandato cum omnibus eorum mercibus a vobis recedere et redire, vnde venerant, cogatis et modis omnibus faciatis, non permittentes eosdem mercatores res ipsorum apud vos dissoluere, religare aut vendere, aut quaslibet

/. alias negociaciones exercere tamdiu, quousque id expresse per li-
teras nostras revocaverimus et donec aliud a nostra maiesta-
te receperitis in mandatis, predictam prout penam gravem
vobis infligendam et indignacionis nostre furorem evitare vo-
lueritis nullatenus omissuri. Harum testimonio literarum.
Datum Prage anno Domini millesimo trecentesimo quinqua-
gesimo iubileo, XVIII. die mensis Iulii, regnorum nostrorum
Romani anno quinto, Boemie vero quarto.

Brandl: Codex diplom. Moraviae, T. VIII, Brünn 1874, N. 33
(Pelzl Karl IV. im Urkundenbuche zum I Th. p. 84)

Ludewicus Romanus et Otto, Brandenburgenses etc. marchiones
1350 Nov. 11,

107

262

Nos Ludewicus Romanus et Otto, Dei gratia Brandenburgenses et Lusatie Marchiones, necnon Sacri Romani Imperii Archicamerarii, comites Palatini Reni et Bauarie Duces, publice presentibus protestamur, quod nos viro strenuo Betkino de Ost, fideli nostro dilecto, ac legittimis et veris suis heredibus, fidelia ipsius pensantes obsequia, contulimus et presentibus conferimus quinquaginta Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis ob id etiam, ut ad castrum seu domum ipsorum Driesen nobis ac nostris pro singulis nostris necessitatibus et indigenciis semper accessus ac introitus pateat liberalis, singulis annis in pensione precaria seu contributione ciuitatis nostre Fredeberg integraliter ipsis dandas, a nobis quoque dicte Ciuitatis contribucionem in antea libere te-

nendam

Riedel A. 18. pag. 294. XXV.

nendam, percipiendam et pacifice tollendam terminis consuetis et possidendam. In cujus testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes hujus sunt viri nobiles Ulricus Comes de Lyndow, Guntherus Comes de Schwartzburg, Fridericus de Lochen, Hasso senior de Wedell, Johannes de Buch, Henningus de Vchtenhagen, Henningus de Wedell cum pluribus fidedignis. Datum in Frankenfort, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, in die beati Martini.

1351.

Nos Iohannes Dei gracia marchio Moravie ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod nos inter curas ceteras nostro pectori insidentes, illud continue meditamur, et ad id cogente nos innate benignitatis clemencia estuanti desiderio aspiramus, qualiter fideles nostri et subditi sub nostre dicionis dominio releventur ab inopiis et continuis fructuum et utilitatum prestante altissimo proficere valeant incrementis, quod tunc indubie fieri credimus, dum quoslibet in iure sibi competenti graciosius conservamus. Cum itaque in civitate nostra Olomucensi deposicio mercium et rerum vendibilium, que vulgariter niederlagunge dicitur, sit a nonnullis retroactis temporibus celebrata, nos tenore presencium statuimus, volumus et sancimus, quatenus huiusmodi deposicio eisdem more et consuetudine, sicut habita est hactenus in dicta civitate, perpetuis in antea temporibus observetur et specialiter, ut mercatores Cracovienses merces suas et res vendibiles, quas ad ipsam civitatem adduxerint, ibidem vendere teneantur, et quod extra et ad terram nostram Moravie vie seu strate publice antiquitus usitate per dictam civitatem Olomucensem ab omnibus et singulis sub amissione rerum, quas duxerint, de cetero debeant frequentari. Mandamus igitur purchravio Olomucensi et provinciali .. iudici fideli dilecto, quatenus nostre sub obtentu gracie ad requisicionem civium Olomucensium fidelium dilectorum omnes et singulos, qui contra premissa quomodolibet attemptare presumpserint, per capciones pignorum et modos alios oportunos arceat nostro nomine et compescat. Presencium sub nostro sigillo, serie et testimonio literarum. Datum Brune die Circumcisionis Domini, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo.

Z oryginału pargaminowego, opatrzonego wiszącą pieczęcią, przechowanego w archiwum miasta Ołomuńca, ogłoszony drukiem w Brandla: Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae, Tom VIII, N. 65.

[Perzanowski, nr. 69]

109.

Fr. Andreas abbas etc. monasterii Lubinens. 1351 Sept. 1, Lubyn;

264

In nomine Domini amen. Cum labilis sit memoria hominum et dies crastina hominibus sit incerta, scripto memorie commendari oportet ea que ~~ratio~~ racionabiliter fiunt in tempore, ne simul cum tempore corruant et evanescant. Noverint igitur universi presentes et posteri, presentem literam inspecturi, quod nos frater Andreas, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis, volentes bona nostra in melius reformare, vendidimus sculteciam in hereditate nostra Datiewo probo et honesto viro Andree et suis posteris natis ac nascendis pro duodecim marcis grossorum, videlicet tres mansos liberos, duos ortos, tabernam, pistrinum, macellum, sutoriam, fabrum, ita eciam quod solummodo una taberna sculteti in villa esse debet. De iudicio tercium denarium addidimus eidem sculteto et suis posteris, venacionem minorem, ut agitet leporem, aves capiat et gregem ovium, videlicet centum oves servare debet in predicta hereditate, resignaciones et iuramenta ex integro et pratum in eadem hereditate quod sibi ostendemus aut noster procurator. Hec omnia predictus Andreas et sui posteri iure hereditario, libere, perpetuo possidebunt, prefatus vero scultetus et sui posteri nobis servire tenebuntur in equo valente alteram dimidiam marcam. Damus eciam incolis predicte ville libertatem sex annorum, qua elapsa kmetones nobis censum dare tenebuntur annuatim de quolibet manso decem mensuras triplicis annone, quatuor siliginis, quatuor avene

et

et duas tritici et fertonem usualis monete. Iuxta tria generalia iudicia tria prandia nobis dare tenebuntur, unum scultetus et duo kmetones, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvent. Incole vero predicte ville nobis et successoribus nostris ter in anno arare tenebuntur, honorare eciam nos debent predicti villani quolibet anno de quolibet manso ad diem Pasce per quindecim ova et latus lardi pro quatuor scotis, et in Nativitate Domini latus carnium eciam pro quatuor scotis. Damus eciam sepedicto sculteto et suis posteris piscariam in lacu nostro cum hamo qui wanda dicitur et cum gulgustris, alioquin non debet.
Ut autem hec empcio perpetue robur habeat firmitatis, presentem literam nostrorum sigillorum impressione duximus communiri. Actum et datum Lubyn per manus fratris Iohannis notarii nostri monasterii in die beati Egidii abbatis et confessoris sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, presentibus his testibus comite Ade castellano de Bnyn, Michaele de Morka, heredibus, domino Petro plebano et cancellario nostro Lubinensi, Boguslao plebano de Bnyn, Iohanne advocato in Crzywyn et aliis quampluribus fidedignis.

1352. Mosbach - Przyczynki 265

Consulibus Wratislauiensibus. . . . . si magnificus Casimirus rex Polonie illustris, vos et mercatores ciuitatis vestre cohabitatores vestros in processibus itinerum vestrorum et mercationum vestrarum exercitiis versus regnum suum Polonie et ad partes Russie, Prussie aut alibi ubicunque impedierit seu impediri fecerit, et in rebus seu corporibus molestari, extunc damus et concedimus vobis et cuilibet vestrum plenam licentiam et potestatem omnimodam, regnicolas et homines dicti regis cuiuscunque conditionis existant, praesidio quorumlibet officialium nostrorum in omnibus partibus ditionis nostrae nobis et sacro imperio et regno Bohemiae subiectis arestandi, occupandi et detinendi rebus et personis, donec vobis et vestrum cuilibet iniuriam seu molestiam passis seu passo de omnibus grauaminibus et damnis fuerit integraliter satisfactum. Datum Wistritz 1352, indictione quinta, octauo kal. martii.

Z kopii przechowanej w archiwum miasta Wrocławia ogłosił drukiem Mosbach w rozprawie: Przyczynki do dziejów polskich z archiwum miasta Wrocławia, Poznań 1860, str. 79.

[Perlbach]   212   110 -266

Kölner Cop. fol. 32b n. 69.

Ghyselbertus abbas in Landa 1352, Juni 25–30, s. l.

Abt Gysselbert von Lad verleiht dem Iforsian die Mühle bei Coppan.

Molendinum Tharszw (Č?)

Nos frater Ghyselbertus abbas in Lynda monasterio ordinis Cysterciensis universos presencium litterarum noticiam habituros cupimus non latere quod de consilio et consensu nostri conventus exposuimus et vendidimus discreto viro et honesto Iforsiano molendinatori suisque heredibus nostrum molendinum infra metas nostre hereditatis Coppaen supra Bealam rivulum situatum et fundatum pro tribus marcis cum dimidia grossorum hereditario iure perpetuo possidendum sub condicionibus infrascriptis videlicet quod dictus Iforsianus suique heredes terciam partem multri et nos partes duas de molendis omnibus capiemus. Ad labores vero reparacionis ipsius molendini obstaculi, ferramentorum, lignorum, rotarum et ad empcionem molarium ceterorumque necessariorum omnium dictus molendinator suique posteri molendini possessores unum solvere et nos duos denarios obligamur. Piscium eciam omnium qui in lacu ante molendinum piscabuntur ad ipsum una et ad nos due partes devolventur modo consimili de porcis pascendis in dicto molendino, ad eos conparandos molendinator tercium denarium apponet nostris duobus appositis atque datis et in porcorum divisione secundum apposicionis exigenciam nobis duabus cedentibus partem terciam sibi tollet. Concedimus et ipsi molendinatori suisque heredibus atque damus particulam agrorum ante ipsum molendinum sitam et iacentem que nobis cedebat in distribucione agrorum Kmethonibus facta nostre ville memorate ac pratulum retro obstaculum molendini in angulo situatum. Insuper et omnem piscaturam ipsi molendinatori suisque heredibus quam habere poterit seu poterunt a rota molendini descendendo usque ad stratam communem concedimus atque damus per nemus transeuntem adicientes quod dictus molendinator suique successores apud molendinum tabernam cum

orto pro suis utilitatibus poterunt instaurare nobis ceteris ortis ibidem faciendis per omnia reservatis. In cuius testimonium presentem litteram cum appensione nostri sigilli dedimus communitam sub anno domini millesimo CCC quinquagesimo secundo octavas beati Johannis baptiste martiris gloriosi presentibus nostris fratribus Johanne priore Frederico suppriore, Johanne cellerario, Johanne portario, Johanne magistro curie nostre in monte, Godefrido firmario, Symone nostro notario ceterisque pluribus fidedignis.

Cop. A coll.
14. XII. 82 P.

Tit: Major. Pol: Kart: Pos: N 2. m. p.

(Z aktów Metryki Koronnej w Warszawie.) 1352. nr. 93 267

Noverint universi presentes et posteri presentium notitiam habituri Quod nos Mathyas Palatinus, Preczslaus Castellanus Poznanienses, Nycolaus Poznaniensis, Dobeslaus Kalisiensis, Judices, Sandivogius Naklensis, Zaramba Lendensis, Janussius Starogrodensis, Woyslaus Drozynensis, Adam Ostroviensis, Sczedrzicus Karczicensis, Castellani, Jasco Venator, Preczslaus Subagazo, Kalisienses, Vitus Poznaniensis, Andreas Kalisiensis, Pincernae, Florianus Thezaurarius Poznaniensis Wyrzbentha Subcamerarius, Philippus Subpincerna, Kalisienses, Swantoslaus Subvenator Poznaniensis dictus Pantha, Preczslaus Poznaniensis, Johannes Gneznensis, Lictores quod vulgariter Mecznik dicitur, Andreas Dobeslavicz, Martinus de Zelascovo ~~Zelaskovo~~ Jarkemboldus filius Sandyvogij de Panczmovo, Dyrsco de Chyczina, Benyamyn de Jaroczyno, Bogustlaus de Raczeno, Michael de Czacze, Dirsco de Gywno, Albertus de Kyianczyno, Dobeslaus, Borzislaus Jasco et Desiderius fratres dicti Panthy, Andreas Martinus, Pribco dicti Lys, Nicolaus de Glussyna, Pecz de Swebоczyn, Joseph de Grodyscze, Pocrassius de Modlissevo, Jaroslaus de Jarogneve, Peregrinus de Karpiczsco, Symeon de Kovale, Ubyslaus Chebda, Ubislaus Meczkovicz, Ubislaus Kyjlianowicz, Dyrzsco Banczesky, Cessantha de Osszek, Jasco Menczicz, Dirsco Swidwa cum Dobrogostio filio, Henricus Heyncowicz, Henricus Gaykovicz, Sandyvogius et Dobrogostius de Marczynkovicz, Boczatha de Lanky, Thomislaus de Karczevo, Thomislaus de Golancz, Stephanus de Sczedrzikowicz, Albertus de Kunovo, Jacussius ⌐Audank, Pakossius, Jasco et Scarbimyrus filij Sczedriconis, Myroslaus de Jascovo, Johannes Baran dictus, Msczugius de Brenno, Franczko cum Ubyslao de Cosszonovo, Janko

⌐Andank? Avdank?

Jaravewis

8

Jaraczevicz, Nycolaus de Velna, Albertus, Matheus et Nicolaus de Ogorzelsco, Petrko de Chlapovo, Ozyas de Rzgovo, Kelcz cum filijs, Joseph Boczatha et Ozya de Panchovo, Jacussius et Mathyas filij Pribconis Lijs, Florianus de Ruscza, Swantoslaus de Nenevo, Ywo de Rossznovo, Dominicus de Czerniky, — de communi consensu et pari voluntate, cujuslibet fraudis et dolositatis suspitione proculmota, promittimus in solidum et praesentibus spondemus inter se mutuam Karitatem et sinceram fraternitatem inviolabiliter ~~et~~ ac irrefragabiliter perpetuo valituram unanimiter contra quempiam assistere, duntaxat Domino Rege excluso. Nam adversum Dominum Nostrum Regem praefatum penitus nullas ordinamus seu inimus compromissiones seu fraternas confederationes, sed tanquam Domino nostro Gratioso studiosius volumus inpendere servitia fidelia atque grata. Et nychilominus quicunque Domini nostri Regis praedicti extiterit inimicus, cujuscunque conditionis seu status existat, nos ipsius volumus fore inimici, Domino nostro Regi sepedicto prout tenemur fideliter serviendo. Preterea praefatam fraternitatem ut praemittitur mutuo compromissam, gratam et ratam habentes, promittimus quod alterutrum nunquam et nusquam debet desistere seu deserere, sed gladio vita et rebus unus alteri assistere ac in fraterna dilectione perpetuo indivisim commanere. Insuper cum aliquis nostrum forma juris non praecedente, inpignoratus fuerit, extunc Domino nostro Regi scepefato et Domino Capitaneo qui pro tempore fuerit, hujusmodi pignus exbrigando debemus humiliter supplicare. Itaque per supplicationem hujuscemodi, nihil quod absit perficientes, inpignorato sine jure ut praefertur, juxta taxam communem solvere dampnum, ex hujusmodi inpignoratione perce-

ptum

[margin: r. Nostro]

-ptum, tenemur totaliter ac complete. Ceterum prehabitæ fraternitatis, exceptiones interserimus infrascriptas: Cum quempiam Nostrum quod absit ausu themerario, pro furto publico, pro violentia, dampnum percipere contingerit, nullo causu adjutorij interveniente, videlicet verbo, opere atque pecuniæ solutione, pro eo prorsus et pro quovis præsumptuoso nephamine et malo, volumus respondere sed unusquisque in casibus præscriptis, taliter exceptis, se studeat exbrigare, Ut per hoc præsumptio juvenum Dometur et stultorum audacia refrenetur. In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem præmissorum, Sigilla Nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum Poznanie dominico die proximo ante Nativitatem Sanctæ Mariæ Virginis gloriosæ, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo. —

/: u tego aktu było wiszących pieczęci na masie wyciśnionych sztuk 29. iak świadczą pozostałe znaki, dziś iest tylko 9. i to nadpsutych, resztę czas strawił. :/

NB. gdzie skrócenia tam się pisało ortografią właściwą, iako to, dyftongi ae, oe, i t.p. zresztą wiernie zachowano pisownią oryginału. Czytałem wspólnie z P. Archiwistą Hübnerem dn. 10. Sierp. 1834.

W. A. Maciejowski

Drukowane w Kod. dyplom. Raczyńskiego nr XCIII

[Perzanowski, nr 71] pag. 127.

111. 269

Andreas abbas etc. monasterii Lubinensis. 1353 Mart. 16, Lubyn;

In nomine Domini amen. Cum tempora pretereunt more aque fluentis, scripto commendari oportet ea que racionabiliter aguntur in tempore, ne aut oblivione pereant, aut simul cum fluxu temporis elabantur. Nos igitur Andreas, miseracione divina abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis, notum esse volumus tam presentibus quam futuris, presentem literam inspecturis, quod veniens coram nobis nostraque presencia Albertus scultetus de Ossow probo viro et honesto Laurencio et suis posteris natis ac nascendis vendidit pro sex marcis grossorum et publice resignavit suam sculteciam predictam in hereditate nostra iam dicta Ossow eoque iure et vigore quo solus tenuit, videlicet tres mansos liberos, duos ortos, tabernam, pistrinum, macellum carnium, sutoriam, fabrum, iuramenta, resignaciones ex integro. Hec omnia predictus Laurencius et sui posteri libere, perpetue possidebunt, eciam venacionem minorem, ut aves capiat, swasones et perdices. Damus eciam incolis predictam villam possidentibus decem annorum omnimodam libertatem, qua elapsa solvent nobis predicti villani singulis annis de quolibet manso quatuor mensuras siliginis, duas tritici, sex avene et mensuram humuli et unum fertonem grossorum pro decima. Et arabunt nobis ter in anno. Honorabunt nos eciam predicti kmetones singulis annis de quolibet manso per triginta ova ad diem Pasce et unum latus carnium pro sex grossis ad Nativitatem Cristi, latus carnium pro quatuor scotis, ad Nativitatem beate Marie virginis

~~per~~
per

~~pro~~ per duos pullos. Habemus in prefata hereditate tria generalia iudicia, in quibus iudiciis dabit nobis scultetus unum, villani vero duo, vel pro quolibet prandio unum fertonem grossorum nobis persolvent. Memoratus vero scultetus et sui posteri nobis et successoribus nostris servire tenebitur ad omnia nostra negocia cum equo valente dimidiam alteram marcam. Damus ~~et~~ eciam prefato sculteto pratum quod iacet circa paludem que dicitur Starcowecz. Ut autem hec ordinacio perpetue robur habeat firmitatis, presentem literam nostri sigilli et nostri Capituli impressione iussimus communiri. Actum Lubyn in vigilia Ramispalmarum per manus Johannis custodis et notarii monasterii nostri, sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, presentibus his testibus: Petro cancellario nostro et plebano ecclesie Lubinensis, Michaele sculteto de Dalcesryno, Marcussio sculteto de Cunow, Alberto dicto Cerws, Vithkone wlodario de Lubyn et aliis quampluribus fidedignis.

1353. [19. III.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 505.]

In nomine Domini amen. Que de mera deliberacione regie maiestatis tam in donacionibus, quam iuribus et confirmacionibus quibuslibet ob deuota obsequia ac grata cupiam benignius conferuntur, testium amminiculo apicibusque literarum fulciuntur, vt sui robur obtineat perpetue firmitatis inconvulsum. Nos igitur Kazimirus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradye, Lancicie, Cuyauie, Pomoranieque dominus et heres, vniuersis tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris, presentibus declaramus, quod veniens ad presenciam nostram vir religiosus frater Iohannes abbas monasterij Byssouiensis, ordinis Cysterciensis, suo et conuentus sui nomine supplicauit nobis humiliter et deuote, vt priuilegium super libertatibus eidem monasterio et bonis ac possessionibus ipsius per serenissimum principem felicis memorie, dominum Przemislium olym ducem Cuyauie concessis, innouare et confirmare dignaremur. Cuius priuilegij de verbo ad verbum tenor dinoscitur esse talis:

(Dokument Przemysła Kujawskiego d/to Broniewo VIII Idus Aprilis 1315)

Nos itaque eorundem fratrum iustis precibus fauorabilius inclinati, premissum priuilegium cum omnibus articulis et clausulis in eodem priuilegio superius expressatis, ratum, gratum atque firmum habentes, de solita nostre regie

maiestatis benignitate duximus confirmandum, dantes ei-dem abbati et conventui hanc paginam cum apposicione nostri sigilli maioris in testimonium, robur ac evidenciam perpetue firmitatis. Actum in Tunenj Wladyslavia, feria tercia proxima post dominicam Reminiscere, sub anno Domini M°.CCC°. L°. tercio. Presentibus hijs nobilibus nostris: Predborio capitaneo Cuyavie, Floriano cancellario nostro Lanciciensi, Iohanne iudice Wladyslaviensi, Ihsczugio castellano Bydgosczensi, Stanislao iudice Bresten-si et alijs pluribus fidedignis. Datum per manus domini Floriani cancellarij predicti.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 83), opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko sznurek z blado różowego i blado zielonego jedwabiu pozostał.

Kölner Cop. fol. 30b 31a n. 65.

Ghyselbertus abbas in Landa 1353, Mai. 4, s. l.

Abt Giselbert von Lad erneuert auf Bitten des Schulzen Stanislaus von Cowalewo die verlorene Handfeste von Cowalewo.

Covaleva.

In nomine domini amen. Cum fraus et decepcio in hoc tempore defluenti ad humane pravitatis cumulum habundancius mundarunt necesse est ut iniquorum astucia per iustorum ~~ver~~proborumque providenciam infringantur[a]. Hinc est quod nos frater Ghyselbertus abbas in Landa monasterio ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis notum esse cupimus universis Christi fidelibus presencium litterarum noticiam habituris quod anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio quarto Nonas May infra octavas apostolorum Philippi et Jacobi beatorum Stanislaus scultetus in Covalewo nostra villa sui patris Mathie dicti Pirsina quondam sculteti ibidem heres verus legittimusque successor coram nobis constitutus cum honestis kmethonibus nostris suis convicinis Nicolao ~~Heinrico~~ Henrame(?), Nicolao et Tylone Heyderici, Johanne Houenaer, Petro Longo ceterisque pluribus fidedignis protulit querulose quod privilegium sue scultecie in Covalewo nostra villa memorata per infidelitatem malorum hominum subtractum esset post obitum sui patris cum magnarum precum instancia supplicans et exorans quatenus propter deum et iusticiam dignaremur sibi cum privilegio subvenire ne maleficorum presumpcio per furatum privilegium ipsi aut ~~suis~~ posteris aliquando dampnum seu incomodum generaret. Nos vero sue lacrimabili voci iustisque precibus inclinati de favore consilio et consensu nostri conventus sculteciam in villa nostra Cowalewo prius scripta ipsi dicto Stanislao tanquam heredi suisque successoribus possidendam renovamus confirmamus et ratificamus testimonio presencium litterarum cum omni iure quo suus pater ceterique sculteti ibidem ab inicio possiderunt videlicet quod dictus scultetus

a) übrg. K.

cum suis successoribus sextum mansum hereditatis nostre superascripte racione scultecie iure perpetuo habeat possideat atque colat libere et quiete et tercium denarium de iudicatis omnibus sibi tollat. Si quis tamen in eadem nostra hereditate exigentibus culpis ad mortem fuerit iudicatus ipsum condampnatum scultetus et kmethones ducent in Lyndam civitatem nostram et ibidem cum scitu advocati pro suis demeritis punietur. Iudicium eciam quod ortil wlgariter nuncupatur,[a] si exortum fuerit inter kmethones ambiguum et ignotum, hoc ipsi kmethones seu quem oportebit in eadem nostra civitate suis denariis comparabunt, in magnis vero iudiciis, que tribus vicibus sunt in anno, ipse scultetus unum et kmethones nobis duo prandia ministrabunt aut nostro nuncio eisdem iudiciis presidenti. Confirmamus eciam ipsi Stanislao sculteto suisque successoribus in sepedicta nostra villa Covalew tabernam macellum pistrinum sutoriam addentes et fabricam quam nec ipsi nec pater suus aliquando possederat nec eam amissum privilegium continebat tali condicione, quod ipse scultetus seu pro tempore fuerit scultecie qui possessor singulis annis ad ecclesiam in Covalew pro luminibus seu ceteris necessariis duas libras cere in festo beati Martini solvere tenentur omni contradiccione occasione procul mota. Kmethones vero in ipsa nostra villa residentes de quolibet manso annis singulis tres mensuras siliginis, tres tritici totidem avene et dimidiam marcam currentis monete in festo beati Martini [x fol. 31a] iam prescripto nobis solvere non omittent et ad claustrum presentare secundum consuetudinem hactenus habitam et servatam. Tribus eciam in anno diebus nobis arare teneantur nec non in nostro molendino molere, insuper de singulis quindecim mansis nostre hereditatis sepescripte possessores eorundem moniti nobis currum cum duobus equis pro quibuslibet necessitatibus mittere sunt astricti nichilominus tam scultetus quam ~~scultetus~~ kmethones singula et omnia servicia nobis tenentur que kmethones domini nostri regis ceterorumque baronum Polonie iure Theutonico residentes faciunt et hactenus facere consueverunt. Ygitur in testificationem, confirmacionem et approbacionem veritatis presentem litteram sepedicto Stanislao sculteto filio quondam Mathie dicti

a) dahinter in eadem nostra civitate ausgewischt K.

Iyrsina tamquam vero heredi prefate scultecie in Cunalew nostra villa sepescripta cum nostro ac nostri conventus sigillis dedimus firmiter communitam reclamantes in hiis scriptis destestentes reprobantes ipsum amissum privilegium et subtractum iniquorum malicia condecl(am)ante taliter ut ostensor ipsius furati privilegii si quis fuerit pro iniusto fraudelento et reprobo[a] ab omnibus et singulis habeatur. Datum anno die ut in premissis lucide continetur presentibus nostris confratribus Iohanne priore, Frederico suppriore, Iohanne cellerario, Iohanne portario, Iohanne magistro curie nostre in monte, Rulkino magistro curie in Dratino, Godefrido firmario, Symone nostro notario ceterisque fidedignis.

a) Infinitur ipsum amissum privilegium aubgewischt K.

Cop. et coll. 15. XII. 82. P.

Henricus dict. de Brederlow 1353 Aug. 14.

113.

273

Coram omnibus singulis christi fidelibus presencium noticiam habituris Ego Henricus, dictus de Brederlow, nomine meo, meorum heredum omniumque meorum amicorum, quorum interest vel interesse poterit, publice recognosco, quatenus gracia salubri et favore inclitus princeps, generosus meus dominus, Ludovicus Romanus, marchio Brandenburgensis, mihi meisque veris heredibus et amicis contulit mericam prope Konigesberg, que vocatur de hogeheyde, pro septuaginta marcis et XII marcis argenti puri, cum quibus pater meus bone memorie et ego emimus Czantoch, quod dicto meo domino presentaui in verum et legitimum pheudum perpetue possidendum pacifice cum omni jure, omnibus fructibus debitis et consuetis et ut litere ejusdem domini mei Ludovici, Marchionis Brandenburgensis, super ipsam mericam date et tradite, pro-

bant

Riedel A. 18. p 398. XLVI.

bant et attestantur. Acto ipsi domino meo Ludovico Romano suisque fratribus et heredibus maturo cum consilio et consensu sufficienti meorum amicorum arbitrium, auctoritatem et potestatem talem dedi et do libere in presenti, si predictam mericam a me meisque successoribus recomparare vel reemere voluerit per pecuniam prius dictam reemendo ipsam mericam, quandocunque ipsis placuerit, habeat liberam facultatem. In cujus etc. Datum Nürenberg, anno MCCCLIII, in vigilia assumptionis marie virginis.

[Mitkowski, nr. 31.]

W. 1353.

W.[1]

274

Anno 1353, die 7a Decembris, in Sulejów,

Frater Villermus, ordinis Cisterciensis Abbas in Sulejów, villas conventus sui, Barkowice, et Kotow nuncupatas, in iure theutunico Sredensi collocat, ibidemque sculteciam discreto viro Nierkoni, sub quibusdam condicionibus vendit.

In nomine domini amen. Quoniam gesta hominum mortalium a memoria defluūnt, nisi fuerint perpetuata testimonio litterarum, capropter nověrint universi, noticiam presencium habituri, quod Nos, frater Villermus, Ordinis Cisterciensis abbas in Sulyeiow[1.)], de consensu nostri conventus, et deliberata voluntate, volentes nostre domus emendacionem, et utilitatem cupientes, vendidimus partem hereditatis nostre, dicte Barchowicz[2.)], partem scilicet, que Kotow[3.)] vulgariter nuncupatur, iure novi fori, quod Srzoda[4.)] dicitur, discreto viro Nierkoni, et suis successoribus, sculteciam in dicta Kotow[3.)], condicionibus infrascriptis[x)]; primo, quod dictus scultetus sextum laneum habeat liberum a censu, cmethones

x) Tutaj w transumpcie opuszczono wyraz „vendidimus” (sc. sculteciam). — p. w.

habebunt quinque per totam heredi-
tatem, et ipse semper sextum. Et Cme-
thones quinque, de quibus dare te-
nebuntur decimam manipulatim
in agro de quinque granis, scilicet,
tritici, siliginis, hordei, pisae, et aue-
ne; de reliquis autem legumini-
bus dare non tenebuntur. Dictus
autem sculdetus, et sui successo-
res tercium denarium de judicijs,
et iuramentis possidebunt. Men-
sas pannorum, carnium, et salis,
et tabernas libere possidebunt.—
Item cmethones nobis semel in
anno arabunt, frangent agri-
culturam, et tercio seminabunt,
et semel in nostra expensa foe-
num falcabunt, et congrega-
bunt. Scultetus dicti loci nobis
quolibet anno vnum prandium,
et incole dicte hereditatis, duo
prandia facere non obmittent.
Que si non possent facere, nobis
solvent pro quolibet prandio sex
scotos ponderis Cracouiensis. Item

cinettones illi, qui laneos possidebunt, expirata libertate, nobis annuatim in festo beati Martini pro quolibet laneo sex scotos ponderis Cracouiensis soluere tenebuntur. Predictus autem scultetus tenebitur nobiscum equitare, vel cum nostro nuncio per totam terram Siradie,[5] pro dicte hereditatis defensione, et iure. Hanc autem vendicionem, quam liberaliter, et hilari voluntate consensimus, pro precio triginta quatuor marcarum, de quibus promisit satisfacere ex integro infra terminum quatuor annorum. Item vendidimus predicto sculteto, et suis successoribus, lacum, qui dicitur Pasrina[6] (s.); eciam per fluuium, dictum Pilcza,[7] habebit piscari, a dicto lacu descendendo, vsque ad metas dicte hereditatis; poterit molendinum in suo littore in dicto fluuio edificare, seu ferri fabricam, in

dicta hereditate. Et ne rixa mo-
ueatur inter cmethones de Bar-
chowicz[2.], et illos de Kotow[3.], po-
suimus metas certas, etc., eas (s.)
sicut via de Prešow[8)] tendit ~~Na~~
~~[illegible]~~

9) Łagunia przypuszcza, że to Biotków (?)

ad viam de Viccouia[9.] (s.) versus
Woyborz[10.], vbi stat arbor, habens
duos vertices, in qua est signum,
cum securi ter percussum, de
scendendo (s.), que Bucouicz[11.] (s.)
appellatur. Et illa sylua diui-
dit Barkouicz[2.], et Kotow[3.], et
vsque ad viam, que tendit in
Psar[12.], vbi est quercus antiqua,
dicta Sueptink (s.)[13.], vlterius per
viam, que tendit in Woyborz[10.],
vbi sunt due quercus, cum
securi signate. Item ab illis
quercubus, ad syluam, que du
cit in in (s.) Zanosanck[14.], que
quantum durat, diuidit inter
Kotow[3.], et Barchouicz[2.], videli-
cet, quia borra pertinet (s.) ad
scultetum, prata vero, et agri-

1353
w.

276

culturam, descendendo vsque ad fluuium, pro Barchowicz[2.)] retinemus. Eciam dicto sculteto contulimus, vbi (s.) ab ista parte (de) scendit (?) dominus abbas, equitando per metas, vna cum dicto sculteto, vsque ad aliquas arbores, ex ictibus vnius securis signatas. Item borra illa, et mellificia, que sunt infra metas hereditatis, dicte Kotow[3.)], sunt sculteti, quotquot apes habere poterit ibidem; lacum illum, qui dicitur Lubasow, ad sui vtilitatem, quicquid voluerit, siue prata, siue piscinam edificare. Et pratum illud, quod fuit Raczikonis, in magna Jarubino[15.)], eidem sculteto damus. Si vero fuerit vltra mensuram lanceorum, qui lanei debent habere decem virgas in latitudine, aliquid, quod possit edificare: hortos, vel alias vtilitates, nobiscum diuidet per medium. Et si cmethones su-

predicte hereditatis extirpabunt in suis laneis vsque ad arborem, vbi erunt apes, quilibet, qui volu erit, redimat a sculteto pro qua tuor grossis, et retinebit sibi apes cum arbore. Quod si arbor fue rit deserta, non habens apes, da bit sculteto dimidium grossum, vel fodeat dicto sculteto alium arborem pro apibus. Si vero ec clesia, domino concedente, edi ficabitur, prout intendimus, du as partes expensarum, pro dicte ecclesie edificacione, ministra re nos habemus, et scultetus terciam. Et pro plebano, qui pre erit ecclesie, de duobus laneis dotamus, et scultetus dare decimam tenebitur manipula tim de suis laneis, quos arabit. Quod si decimam noluerit dare, tres scotos pro decima de quoli bet laneo illi refundet sacerdoti, qui dicte ecclesie fuerit con stitutus. Hanc igitur ordina

cionem

et vendicionem, volumus, quod sultetus, et cmethones teneant secundum ius Teutonicorum noui fori, quod Szroda[4.)] dicitur. Datum in Sulyeiow[1.)], monasterio nostro, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, in crastino beati Nicolai, Episcopi, et Confessoris, presentibus his testibus, videlicet fratre Andrea, Priore nostro, fratre Simone, fratre Dominico, Sacrista nostre domus, comite Ioanne, venatore, herede de Lubathow[16.)], comite Stasehcone, siradiensi[5.)] succamerario, Diuissio, filio Diuissij de Myerzino[17.)] et Belche[18.)], herede de Zacrcow[19.)]. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum cum sigillo nostri conuentus, presentibus est appensum. —

Transsumpt, wyjęty z oryg-

natu, zawierającego jego potwierdzenie, dokonane na prośby Klasztoru Sulejowskiego, przez Króla Zygmunta Augusta, dnia 11-go marca 1563 roku. – Oryginał, (pergaminowy) zaopatrzony we własnoręczny podpis Kanclerza, Jana Ocieskiego i pieczęć majestatyczną Królewską, zawieszoną na zielono-amarantowym sznurze jedwabnym, jest własnością W-go Zygmunta Wolskiego z Warszawy.

Sprawdzić!

1.) Sulejów, os. miejs.-paraf. w gub. i pow. Piotrkows.
2.) Barkowice, gub. i pt. Piotrkowski; par. Sulejów.
3.) Część wsi Barkowic, o nomenklaturze dziś nieistniejącej.
4.) Środa, mto. pow. w W. Ks. Pozn., które otrzymało prawo niemieckie w roku 1261.
5.) Sieradz, mto. pow. w gub. Kaliskiej. –
6.) Nomenklatura dziś nie istniejąca. –
7.) Pilica, rzeka w Król. Pols., wpadająca do Wisły.
8.) Zapewne zepsuta nazwa wsi Przygłów, w gub. i pow. Piotrkows., par. Łęczno, położonej.
9.) Witkowice, gub. Piotrkows. pt. N-Radoms. par. Borowno.
10.) Wolbórz, os. paraf. w gub. i pow. Piotrkowskim.
11.) Nomenklatura dziś nie istniejąca. –
12.) Psary, kolonija w gub. i pow. Piotrk. par. Wolbórz.
13.) Zapewne pogańska pierwsza nazwa Jębu.
14.) Nomenklatura części wsi Barkowic (cf: 3.), dziś już nie istniejąca. –
15.) Nomenklatura dziś nie istniejąca. –
16.) Lubiatów, gub. i pow. Piotr. par. Wolbórz
17.) Mierzyn, wś, paraf. w gub. i pow. Piotrkow.
18.) Może dawna nazwa nowego miasteczka Bełchatowa, w gub. i pow. Piotr., par. Grocholice położonego.
19.) Zapewne Zakrzówek narodowy, gub. Piotr. pt. i par. N-Radom.

1354. Cod. Morav. 278

Nos Johannes Dei gratia marchio Moravie ad vniversorum tam presentium, quam futurorum volumus devenire notionem, quod victoriosissimus princeps dominus Karolus Romanorum rex semper augustus et Boemie rex, dominus et frater noster charissimus, nobis suis literis sanum ad hoc adhibens consilium, omnino volens, ut in civitate nostra Olomucensi (depositorium) mercium seu rerum vendibilium, cuiuscumque existant conditionis, esse debeat, ita videlicet, vt quicumque mercator de regno imperij, Boemie, Polonie, Cracovie seu de quibuscumque alijs terris eisdem subiectis seu adiacentibus merces apportaverint, ibidem deponere et vendere debeant easdem merces suas. Nos igitur suis consilijs et informationibus gratiosis inclinati ac etiam attendentes, quod nos inter ceteras curas nostro pectori insudantes, illud continue meditamur et ad id cogente nos innate benignitatis clementia estuante desiderio aspiramus, qualiter fideles nostri et subditi sub nostre ditionis dominio releventur ab inopijs et continuis fructuum et vtilitatum prestante altissimo proficere valeant incrementis, statuimus, volumus tenore presentium et sancimus virtute no regia et nostra, quatenus huius modi depositio mercium seu rerum vendibilium in dicta civitate perpetuis in antea temporibus observetur, ita videlicet, vt omnes mercatores ex predictis terris, qui merces et res vendibiles ad predictam civitatem adduxerint, ibidem permanere cum eisdem et vendere, cuicumque poterint, teneantur. Mandamus insuper omnibus ac singulis baronibus, nobilibus, camerarijs, subcamerarijs, burgravijs, viceburgravijs castrorum seu munitionum, advocatis, iudicibus, consulibus et iuratis civitatum et opidorum, et indifferenter omnibus officialibus per marchionatum nostrum constitutis, gratie nostre sub obtentu, vt vniversis mercatoribus vias et stratas publicas et occultas, quando, vbi et quoties ex parte nostri per cives nostros civitatis predicte, fideles nostros dilectos, de hoc fuerint requisiti, precludant, custodiant, inhibeant, regia atque in loco nostra freti auctoritate, pariter pro viribus et defendent, ne per alias vias quam civitatem prefatam transeant cum suis mercibus et procedant. Quis vel quicumque vero per vos vel quemlibet vestrum in vijs et stratis inhibitis deprehensus fuerit, se mercium et rerum suarum perditionem sentiant incidisse, que sic dividentur: nobis et civitati nostre illarum rerum medietas, quarta pars viarum custodibus et quarta pars eidem vel eisdem mercatoribus debebit remanere. Harum nostrarum quibus nostre celsitudinis sigillum est appensum, serie

4

/: et testimonio literarum. Datum Brune anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto.

Brandl: Codex diplom. et epistol. Moraviae, Tom VIII, N. 257, str. 192 z oryginału przechowanego w archiwum miasta Ołomuńca. Jest także sam dokument Jana margrabi morawskiego z tegoż roku i również bez oznaczenia dnia lecz odmiennej stylizacyi zamieszczony u Dobnera: ~~Cod~~ Monumenta historica Boemiae, Tom IV, N. 229, str. 345.

1354.

Mosbach-Wrocław 279

Significat s. v. Kazimirus Dei gracia rex Polonie, filius vester deuotissimus, quod ipse nonnullas minus iustas ordinaciones et concordias in preiudicium sui regni, ymmo eciam sedis apostolice et sancte Romane ecclesie, cui cum suo eodem regno est immediate subiectus, super nonnullis principatibus, ducatibus, dominijs et terris ad ius, proprietatem, dominium seu iurisdiccionem sui regni ab antiquo, cuius contrarij memoria non existit, pertinentibus, inijt et fecit, tam cum fidelibus, quam cum infidelibus quibuscunque, cuiuscunque dignitatis, preeminencie, status aut condicionis existant, renuncians ipsis et firmans hoc litteris suis ac iuramentis. Quare supplicat idem rex s. v. quatenus huiusmodi concordias, ordinaciones, renunciaciones ymmo alienaciones, cum sint facte in preiudicium sui regni et Romane ecclesie, vt prefertur, et sine ratihabicione s. v. et vestrorum predecessorum, irritantes, reuocantes et retractantes super dictis iuramentis quantumuis temerarijs, cum ipso dignemini misericorditer dispensare, decernentes et declarantes, feuda seu homagia per principes, duces et quosuis dominos huiusmodi principatuum, ducatuum, dominiorum et terrarum de facto cuicunque vel quibuscunque facta, eciam si sunt iuramentis vallata, nullius fuisse vel esse firmitatis, nec ipsos et ipsorum aliquem ad ea teneri quoquo modo vel obligari.

ut in forma. fiat commissio in forma B sine alia leccione.

fiat B.

Datum Avinioni XII. Kal. Maij, anno secundo.

Iohannes Budessin habet literam suprascriptam et habet tres literas Muschelini perfidi Iudei.

(alia manu) Nota: prescripta litera est viceuersa per Ioh. Budessin ad pretorium restituta cum alijs tribus literis supranominatis.

(priori manu)

Iohanni clare memorie quondam regi Boemie et demum Karolo suo primogenito et successori immediate in eodem regno:

De principibus, ducatibus, terris et dominijs Wratislauiensi, tocius Silesie, Swidnicensi, Iauorensi, Legnicensi, Bregensi et Glogouie, Saganensi, Olsneczensi et Opoliensi, Strelinensi, Nemodlinensi, Rathiboriensi, Theschinensi ac alijs ducatibus et territorijs per multiplicacionem principum ab eiusdem progressum habentibus in Wratizlauiensi, necnon Osswecimensi, Bythomiensi et Coslensi, in Cracouiensi dyocesibus consistentibus.

Item magistro, commendatoribus et ceteris fratribus milicie hospitalis sancte Marie Hierosolimitane de domo Theuthonica:

De ducatibus, terris et dominijs Pomeranie, Culmensi alias Chelmensi et Michalouiensi.

/. Item Christi infidelibus Olgerdo magno principi, Kerstuto, Lubardo et ceteris principibus Lythwanorum de ducatu et terra Wlodimiriensi, Brestensi, Chelmensi cum reliquis ciuitatibus, castris et territorijs ad eandem terram Wlodymiriensem pertinentibus ab antiquo.

Z kopii zawartej w starej księdze kopijalnej magistratu wrocławskiego, przechowanej w archiwum państwowem we Wrocławiu, ogłosił drukiem Mosbach w dziele: Wiadomości do dziejów polskich z archiwum prowincyi Szląskiej, Ostrów 1860, str. 43.

Zobacz uwagi Mosbacha o dacie tego dokumentu.

1354. Theiner 280

Innocentius pp. VI. archiepiscopo Gnesnensi et episcopis Cracoviensi Vratislaviensique mandat, ut contra Tartaros per Hungariam, Bohemiam et Poloniam verbum crucis praedicandum curent.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Gneznensi et .. Cracouiensi ac Wratislauiensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice solicitudinis zelus, quo mentalibus oculis immensas professionis Christiane prouincias lustrare compellimur, propensius nos inducit pro salute tuenda fidelium et eorum periclitatione vitanda non solum manifesta pericula, sed suspecta vereri, nec prouisionem deficere cautele, ut quanto maiora timentur esse dispendia, tanto promptiori ac perfectiori prouisione per oportuna remedia periculorum euentibus occurratur. Sane nuper carissimus in Christo filius noster Kazimirus rex Polonie illustris per litteras et nuncios suos nostro apostolatui patefecit, quod gentes perfide Tartarorum et Lituanorum in tenebris ambulantes, carentesque lumine catholice veritatis, prophana cogitatione putantes, pro eo quod regnum Polonie, quod a fidelibus habitatur, est in ultimis Christianorum finibus constitutum, propterea ad impugnationem regni prefati eisdem Tartaris et Lituanis absque catholicorum principum et aliorum fidelium ducatu iuxta prophanos conceptos ipsorum facilior via patet, dictum regnum et Christianos ipsius iam per tres annos elapsos inuaserunt et inuadere ac impugnare continue moliuntur, ad desolationem fidelium habitantium in eadem et religionem catholicam inibi prophanandam, conflatis potentie sue viribus hostiliter intendentes, propter quod prefatus rex, qui ex hoc per dictum triennium et preserdim anno proxime preterito tam in gentibus suis, ex quibus prohdolor nonnullos seua infidelium eorundem impietas peremit gladio et alios in miseram seruitutem abduxit, quam in thesauro et aliis bonis suis inextimabilia dampna sustinuit, attendens, quod regnum prefatum est ecclesie Romane immediate subiectum et etiam censuale, et quod tam ipse, quam habitatores predicti sunt eiusdem ecclesie peculiares filii et fideles, quod ex impugnatione ipsorum non solum dictum regnum eiusque incole, quinimo fideles ceteri dicto regno tam proximi quam remoti procul dubio diris aduersitatibus lederentur, nostrum in hac parte et per nos promptum fidelium et aliorum subsidium humiliter implorauit. Nos igitur attendentes, quod in huiusmodi defensione et tuicione non solum dictorum regis et regni, sed aliorum fidelium vicinorum et eciam, ut premittitur, remotorum salubriter agitur et securitas procuratur, et barbarice feritatis audacia facilius Deo propicio rursus poterit refrenari et callidi principis, quam si nullo parato resistente obice, permitteretur liberius in

Christianum sanguinem desevire, considerantes etiam urgentem et probabilem eiusdem regis supplicationis instanciam, votis eius super premissis eo libencius annuendum fore providimus, quo illa apostolici favoris fulcienda et munienda presidiis magis utile et expediens extimamus. Premissis igitur attenta meditatione pensatis, supplicationem eiusdem regis in hac parte benignius admittentes, ut idem rex adversus gentes easdem, que dudum, sicut experiencia docuit, dictum regnum et nonnullas alias terras fidelium et personas eorum per crudelis impugnationis et expugnationis excidium destruxerunt, divino, ut speramus, fretus auxilio et aliorum fidelium crucis Christi signaculo munitorum presidio communitus, defensionem eiusdem regni et incolarum ipsius contra dictas barbaricas nationes potenter assumere valeat et fideliter exercere, predicationem crucis in regis et regni predictorum auxilium providimus concedendam. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos et quilibet vestrum per vos et alias personas ecclesiasticas, seculares et regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc ydoneas esse noveritis, in eodem Polonie et Ungarie ac Boemie regnis contra prefatas Tartarorum et Litwanorum gentes, et quosque alios infideles invadentes seu offendentes predictum regem et regnum Polonie et habitatores ipsius proponatis, iuxta datam vobis a Deo prudentiam, verbum crucis et universale signum eius tam eiusdem regis, quam aliorum incolarum fidelium regnorum predictorum illam devote suscipere volentium humeris assignetis, eosdem nostris exortationibus et instanciis inducentes, ut predictum negotium contra Tartaros et Litwanos et alios infideles prefatos ferventer assumant et viriliter prosequantur. Et ut ipsi fideles tanto ferventius et libentius prosequi premissa studeant, quanto ex suis laboribus potiorem gratiam se noverint percepturos, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi et illa, quam nobis Deus licet indignis, ligandi atque solvendi contulit potestatem, eisdem fidelibus, qui cum eodem rege vel eius exercitu in propriis personis et expensis infra triennium inchoandum ab eodem tempore, quo dicto regi vel vobis presentes littere fuerint assignate, per unum annum continue vel interpolatim, eiusdem tamen triennii, in dicti prosecutione negotii fuerint commorati, dictoque regi statim, cum in persona propria contra dictos Tartaros et Litwanos duxerit procedendum, necnon et illis, qui in dicti prosecutione negotii decesserint vel in prosecutione huiusmodi vulnerati fuerint, etiam si alibi ubicumque ex talibus vulneribus decedere eos contingat, illam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam duximus indulgendam, que conceditur per sedem apostolicam transfretantibus in subsidium terre sancte, et in retributione iustorum salutis eterne pollicemur augmentum. Iis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis duntaxat

./. expensis jŭxta facŭltatem et qŭalitatem sŭam bellatores ydoneos destinabŭnt, per tempŭsqŭe sŭpradictŭm in hŭiŭsmodi prosecŭtione negotii moratŭros, ac illis similiter, qŭi licet in alienis expensis, in propriis tamen personis illŭc accesserint, per tempŭs moratŭri predictŭm, eandem sŭorŭm concedimŭs veniam peccatorŭm: hŭiŭsmodi qŭoqŭe remissionis volŭmŭs et concedimŭs esse participes jŭxta qŭantitatem sŭbsidii et devotionis affectŭm omnes, qŭi ad sŭbventionem dicti negotii de bonis sŭis congrŭis ministrabŭnt, et circa predicta aŭxiliŭm impenderint oportŭnŭm. Porro ad hŭiŭsmodi tam ardŭi et salŭbris negotii efficaciam vos et qŭilibet vestrŭm per vos vel aliŭm seŭ alios in dictis regnis, in terris et locis ydoneis, de qŭibŭs vobis videbitŭr, cleros et popŭlos convocantes, concessionem hŭiŭsmodi indŭlgencie solemniter pŭblicare, dictosqŭe fideles ad hŭiŭsmodi pii negotii prosecŭtionem indŭcere et predicta exeqŭi fideliter stŭdeatis. Datŭm Avinione IV. Idŭs Novembris, pontificatŭs nostri anno secŭndo.

Theiner: Vetera monŭmenta historica Hŭngariam sacram illŭstrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 18. — Acta extera Tom. II, N. 356, str. 444.

1355.

[Dogiel, T. 1, s 37-38.]

Nos Ludovicus Dei gratia rex Hungarie vobis serenissimo princi-pi domino Kazimiro eadem gratia Polonorum regi illustri, avunculo nostro predilecto, assumpsimus et promittimus ac spondemus, quod debitum, quo nobis occasione regni Ruthenorum tenemini, quod ante recognovistis et super quo mediantibus literis vestris nobis existitis obligati, a vobis non repetemus nec vos impetere intendemus super ipso vel illud exigere, donec possessionem pacificam seu dominium, prout predecessores vestri habuerunt, obtinere valueritis regni prenotati; sed cum illam obtinueritis Deo duce, volumus, ut debitum ipsum plenarie, prout tenemini, persolvatis. Datum Bude vigesimo quarto die mensis Januarij, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.

Dogiel: Codex diplomaticus regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae, Tomus I, Vilnae 1758, str. 37. Obacz uwagę przy dokumencie niżej pod N.   zamieszczoną.

1355.

Princeps serenissime et frater charissime, domine Kasimire illustris rex Polonie! Quia pro presenti vestra expeditione, quam contra Lituanos vos fatemini habiturum, subsidium nostrum personale aut gentis opportune vobis per nos impendi fraternaliter exposcitis, idcirco nos Ludovicus Dei gratia rex Hungarie promittimus, ut si protunc aliquo negocio impediti, in ipsa expeditione personaliter interesse nequicamus, gentis tamen amplioris, quam alias consueveramus, presidium fraternali vestre celsitudini impertiri promptos nos offerimus et paratos pro exterminio et confusione eorundem. Datum Bude vicesimo quarto die mensis Januarij, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.

Dogiel: Codex diplomaticus regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae, Tomus I, Vilnae 1758, str. 37. Obacz uwagę przy dokumencie niżej pod N.   zamieszczoną.

1355.

Ludouicus Dei gratia rex Hungarie, fidelibus nostris vniuersis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et alijs cuiuscunque status et preeminentie hominibus, quibus presentes ostendentur, salutem et gratiam. Nouerities, quod nos ad caritatiuam et fraternalem instantiam excellentis principis domini Kazimiri eadem gratia regis Polonie, fratris nostri carissimi, annuimus, vt sales domini regis fratris nostri de Polonia vsque ciuitatem nostram Sarus et Liptouiensem per Hungaros, Polonos et alterius cuiusuis idiomatis homines mercatores libere et sine omni contradictione ac impedimento adducantur venditioni exponendi. Igitur fidelitati vestre firmo edicto regio precipientes mandamus, quatenus predictos mercatores cuiuscunque nationis existant, predictos sales de regno Polonie in regnum nostrum, scilicet vsque ciuitatem nostram Sarus importantes, nullo modo preasumpmatis impedire, sed eosdem libere incedere admittatis, aliud obtentu nostre dilectionis facere non audentes, et hoc volumus vbique in illis finibus palam facere et proclamari. Datum Bude in festo Conuersionis s. Pauli, anno domini millesimo ~~quin~~ trecentesimo quinquagesimo quarto (s).

Dogiel: Codex diplomaticus regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae, Tomus I, Vilnae 1758, str. 37. Wszystkie powyższe trzy dokumenta NN. wydrukowane są w Dogielu nie wprost z oryginałów, lecz z ~~następ~~ współczesnego transumptu następującej treści:

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi et singuli, presens transumptum seu transcriptum publicum inspecturi, quod nos Ianussius doctor decretorum, decanus et cancellarius Cracouiensis, vidimus et diligenter inspeximus tres literas apertas, sanas et integras, omnique suspicione carentes, quarum tenor infra scribitur, que quidem litere sigillis equalibus in rotunditate effigijs et signis ac literis circumferencialibus de cera communi a tergo sunt sigillate. In superficie sigillorum predictorum quedam imago sedentis in sede regie maiestatis induta purpura, coronata, habens sceptrum in manu dextra et globum cum cruce in manu sinistra. Litere circumferentiales cruce premissa sunt iste: Ludovicus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum est talis: /: Tu następują powyższe trzy dokumenta NN.

przedzielone między sobą zdaniami: item alia litera est talis: — item tertia litera est talis:/. Quibus quidem literis

visis et diligenter inspectis, inuentisque sinceris in omnibus, ad
instantem petitionem discreti viri digni Nicolai Tkalcze procu„
ratoris magnifici principis domini Kasimiri Dei gratia regis
Polonie illustris, habens ad hoc speciale mandatum, per Iaco„
bum subscriptum publicum notarium authoritate nostra ordi„
naria transumi et conscribi mandauimus, et in hanc formam
publici redigi documenti, volentes et decernentes, vt huic tran„
sumpto deinceps plena fides adhibeatur vbique locorum, ipsum„
que transumptum fidem faciat in agendis, ac si ipse originales
litere apparerent. Quibus omnibus et singulis sedentes pro tribuna„
li authoritate nostra ordinaria ad maiorem huius rei euidentiam
sigillum nostrum duximus appendendum. Actum et datum in
Cracouia in castris circa thesaurum magnifici principis domini
Kasimiri Dei gratia regis Polonie illustris, sub anno Domini
millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione decima,
calendis Septembris, hora quasi completorij. Presentibus his testi„
bus: Petro et Vislao subthesaurarijs domini regis predicti, Hen„
rico de Ruscow notario Polonie regis prefati, Iohanne procura„
tore ecclesie de Lagosez et alijs fide dignis. – Et ego Iacobus
quondam Nicolai de Paczonow, clericus Cracouiensis diocesis,
publicus authoritate imperiali notarius, exhibitioni literarum
vna cum prescriptis testibus presens interfui, et ea omnia re„
quisitus per venerabilem virum dominum Ianussium doctorem
decretorum, decanum et cancellarium Cracouiensem, in hanc pu„
blicam formam redegi, meoque signo et nomine consignaui
in testimonium premissorum.

[Perzanowski, nr 73] 119. pag. 121b.

Fr. Andreas abbas etc. monasterii Lubinens. 1356 Mart. 24, Lyubyni

284

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Cuncta que aguntur in tempore simul cum tempore corrunt et labuntur, nisi scripto vel bono testimonio fuerint roborata. Noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos frater Andreas, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lyubynensis bona nostri monasterii reformare cupientes vendidimus sculteciam in hereditate nostra Dzbanchy wlgariter nuncupata pro decem et septem marcis grossorum pragensium Petro et suis posteris natis et nascendis liberis perpetue possidendam, habendam, vendendam et in usus proprios commutandam, videlicet tres mansos liberos, tres ortos, thabernam, pistrinum, macellum carnium, fabrum, sutorem, in iudicio tercium denarium rei iudicate, resignationes, iuramenta, impulsiones alias zathwory et pratum, quod iacet ex ista parte pontis lapidei qui dicitur in polonico sepp circa paludinem versus Slubyecz usque ad semitam quae

? durit tussit (sic) per paludinem in Meszyeszycze. Hec omnia predictus Petrus et sui posteri perpetue possidebunt, ~~exceptam~~ excepimus autem pro domino nostro allodium cum tribus mansis et ortos, quibus necesse fuerit pro nostra utilitate, et pratum quod warla dicitur integraliter et ex toto; dantes predicto sculteto obstructuram piscium alias samycza cum utroque rippe (sic) eiusdem circa paludinem que polonice

Czechel

Czechel dicitur. Damus eciam incolis predicte hereditatis libertatem quatuor annorum ratione locacionis et extirpacionis nemorum, qua durante libertate decimam manipularem nobis dabunt de cultis agris, de incultis nichil solvant, sed expirante libertate incole predicte ville nobis et nostris successoribus annuatim censum solvere tenebuntur decem mensuras triplicis frumenti, tres annone sive avene, tres tritici et quatuor siliginis et fertonem usualis monete et mensuram humuli de quolibet manso. Insuper arare tribus vicibus in anno debebunt et honorare eciam nos astricti erunt dicti villani quolibet anno de quolibet manso ad diem Pasche per XV owa et unum latus seu pernam carnium pro quatuor scottis et in Nativitate sancte Marie virginis de qualibet curia per duos pullos. Tria generalia iudicia celebraturi sumus quolibet anno in predicta villa, in quibus kmethones duo prandia nobis dare tenebuntur, scultetus vero unum vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvant. Predictus eciam scultetus et sui posteri nobis serviant in uno equo valente dimidiam alteram marcam. Ut autem hec vendicio robur oblineat perpetue firmitatis presentem litteram nostri et nostri conventus sigillorum munimine duximus roborandam. Actum Lyubyn in vigilia Annunciacionis beate Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, presentibus hys testibus, Johanne castellano Crzywynensi, Johanne de Gyrka, Czewlyeyo de Byelyewo heredibus, Johanne dicto Mrma, Petro advocato de Crzywyn, Michaele sculteto de Dalyeschyno et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis et rogatis

Kazimirus rex Polon. 1356 Mart. 26, in Brzesth; 120. 285

[Kod. Pol. t. 2. nr. 507.]

In nomine domi, amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie Lancicie, Cuiavie, Russie, Prussie, Pomeranieque dominus et heres. Noticie universorum tam presencium quam futurorum volumus devenire: Quod ob legalitatis et virtutum merita strenui militis domini Alberti Palatini Cuiavie, heredis de Pakoscz, fidelis nostri didecti, quibus apud nostram magnitudinem (sic) fama laudabili fertur esse commendatus, volentesque ipsum virtute premissorum, ut merito tenemur, oculo cordis nostri gratuite intueri, ut ipsius exemplo ceteri nobiles ad nostra servicia se reddant et exhibeant prompciores, predictum dominum Albertum Palatinum Cuiavie, heredem de Pakoscz, et suos legittimos successores cum omnibus castris, civitatibus, opidis (sic), allodijs, villis, que et quas sub Corona Regni nostri Polonie perpetue possidet, aut si qua et quas, divina gracia sibi suffragante, per servicia

fide-

fidelia siue empciones, commutationes, donaciones sub eadem Corona Regni Polonie quouismodo possit seu valuerit in perpetuum obtinere cum omnibus juribus, dominio et pertinencijs vniversis, ut puta agris, pratis, siluis, mericis, bornis, mellificijs, rubetis, palludinibus, aquis, aquarum decursibus, lacubus, piscinis vel eorum (sic) piscaturis, molendinis, campis, montibus, vallibus et generaliter cum omnibus utilitatibus, censibus, redditibus, proventibus, obvencionibus, que nunc in eisdem bonis vel circa eadem castra siue ciuitates ac opida sunt, vel in futurum quomodolibet poterint suboriri, nil iuris, dominij aut proprietatis in eisdem bonis pro nobis, aut quibusvis nostris successoribus penitus reseruando, sed cum omni iure et pleno dominio, sicuti nostra castra, ciuitates, ville, sunt situata et locata ab omnibus nostris servicijs regalibus nec non exactionibus, contribucionibus, solucionibus, donacionibus, angarijs et preangarijs vniversis perpetuo

Eximi-

excipimus et liberamus tali condicione interposita: si nostram Regiam Majestatem ad aliquam expedicionem contra nostros inimicos ire siue transire contingat, et dicto palatino vel suis successoribus carere noluimus (sic), tunc eidem et suis necessaria nos ministrare habemus pro dampnis, de domo in domum sibi stantes, damus eciam prelibato domino Alberto et suis successoribus castra construere et edificare, ciuitates plantare, fora et statuta atque jura in eisdem ciuitatibus imponere, omnia et singula maccella tam in terra quam super terram circa easdem ciuitates seu opida ac bonis (sic) ipsius libere fodere, fructusque exinde prouenientes ad usus beneplacitos conuertere, prout sue placuerit voluntati. Excipimus eciam et liberamus omnes et singulos homines prelibati [Alberti] et suorum successorum in toto Regno Polonie ab omni solucione thelonei et fori annualis. Preterea damus de gracia nostra speciali prefato domino Alberto et suis heredibus circa castra siue

ciuita-

ciuitates, ubi pontes siue aggeres forent, ab omnibus hominibus, cuiuscunque condicionis existant, preter spirituales, a quolibet equo per quatuor denarios, a vaca (sic) per duos, a scroffa et owe per unum denarium, a curru hinnuli per sex grossos, a molare molendini per quatuor grossos sine omni contradictione pro necessitatibus suis libere exigere atque percipere. Damus eciam prefacto domino Alberto et suis heredibus in ciuitatibus et villis, in causis tam magnis quam paruis, capitalibus vel criminalibus, ut puta: furti, homicidij, sanguinis, incendij seu mutilacionis membrorum secundum exigenciam criminis vel delicti iudicandi, sentenciandi, condempnandi, puniendi, plenam et omnimodam potestatem. Damus eciam sepedicto domino Alberto et suis sequacibus in venacionibus nostris omnium ferarum venacionem liberam sine omni capitaneorum nostrorum impedimento; habebitque eciam dictus Albertus et sui

Successo-

Successores omnes et singulos profugos, qui nostram postulauerint veniam per unum mensem in ciuitatibus et villis libere fouere et seruare. Eximimus eciam perpetuo et liberamus prelibatum dominum Albertum una cum suis sequacibus ab omnibus nostris jurisdictionibus, judicijs omnium palatinorum, castellanorum, judicum, subiudicum, ipsorumque vicesgerencium, ac omnium ministerialium et officialium quorumcunque, ita, quod coram ipsis pro quibusuis causis tam magnis quam paruis minime respondebit nisi tamen, dum per literam nostram cittatus fuerit, tum coram nobis et nostris successoribus de se querulantibus respondebit. In quorum omnium testimonium, presentes scribi et nostri sigilli munimine iussimus roborari. Actum et datum in Brzesth, in crastino anunciacionis Beate Marie Virginis gloriose sub anno domni millesimo tricentesimo quinquagesimo sexto; presentibus venera-

bili in Christo patre ac domino: Jaroslao Archiepiscopo sancte gneznensis ecclesie, Mathia poznaniensi, Nicolao Calisschiensi palatino, Vincencio gneznensi, Dobeslao crusficiensi, Paszkone Brestensi castellanis, Predborio Capitaneo Cuiavie et alijs multis fide dignis datum per manus Floriani ante nostre cancellarij.

[Perzanowski, nr 74] 121. pag. 131.

Andreas abbas monasterii Lubinens. 1356 Apr. 18, Lubyn;

289

In nomine Domini amen. Quoniam sepius a memoria recedit hominum quod scripto vel bono testimonio non confirmatur, noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos Andreas, miseracione divina abbas monasterii Lubinensis, una cum conventu fratrum nostrorum intuentes fidelia servicia dilecti nostri servitoris Giberti que nobis exhibuit incessanter scultetiam nostram in hereditate nostra Antiquo castro nomine quam pro certa sua pecunia comparavit et parata sibi et suis posteris natis ac nascendis presentibus conferimus et confirmamus libere perpetue possidendam, videlicet tres mansos liberos, tres ortos, tabernam, pistrinum, macellum carnium, sutoriam, fabrum, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta et molendinum cum piscina in fluvio et pratum qui (sic) Orla wlgariter nuncupatur. Ipse vero nobis et nostris successoribus servire tenebitur cum equo valente alteram dimidiam marcam. Incole eciam ville predicte nobis et successoribus nostris censum exsolvere tenebuntur singulis annis de quolibet manso duodecim mensuras triplicis frumenti, quatuor tritici, quatuor siliginis, quatuor avene et fertonem grossorum usualis monete et mensuram humuli. Tribus vicibus araturam infra annum tenebuntur (sic). Et honorare nos eciam debebunt prefati villani singulis annis de quolibet manso per quindecim ova et latus carnium pro quatuor

scotis

scotis. Tria generalia iudicia celebraturi sumus in predicta hereditate, in quibus nobis kmetones duo prandia dare tenebuntur et scultetus unum, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvent. Ut autem hec confirmacio, innovacio robur perpetue optineat firmitatis, presentem litteram nostri et nostri Capituli sigillorum munimine duximus roborandam. Actum Lubyn in crastino dominice Ne longe quo in ecclesiis decantatur, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, presentibus his testibus: comite Zemanta de magna villa, Dominico plebano ibidem, Petro capellano in Lubyn, Johanne dicto Mura, Johanne advocato de Crzywyn et aliis quam pluribus fidedignis.

1356.

Kazimirus Dei gracia rex Polonie etc. Notum facimus vniuersis tenore presencium, quod serenissimus ac inuictissimus princeps, dominus Carolus Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, frater noster carissimus, nobis litteras dedit infraserti tenoris in hec verba:

/: Sequuntur litterae Caroli IV. Romanorum imperatoris de a. 1356, Nr. praemissae:/

Et quia prefatus dominus imperator et Boemie rex dictam pecuniam nobis pro antedicto socero nostro landgrauio Hassie, pro causa dotis, sicut expressatur superius, rite promisit, idcirco facimus prefato landgrauio Hassie et nostra voluntas existit, quod ipse pecuniam hanc prefato domino imperatori et regi Boemie, qui pro eo promisit, soluat et assignet ad plenum, quia de solucione dicte pecunie nobis facienda non ad landgrauium predictum, sed ad imperatorem et regem Boemie prefatum respectum habemus iuxta litterarum continenciam, vt prefertur. Promittimus eciam prefato domino imperatori et regi Boemie simul atque predicte pecunie nobis solute fuerint, in terminis suis, vt prefertur, quod tunc litteras obtentas desuper primas et eciam illas, que presentibus sunt inserte, restituere volumus et debemus, vel si fortasse eedem littere et schede inueniri non possent aut restitui, quod tunc litteras quittancias dabimus et absoluciones sub forma debita, sicut iuris ordo exigit, quod eciam tales littere irrite sunt, inanes et si quandoque in lucem prodierint, nullius sint penitus roboris et momenti. Presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Prage anno Domini MCCCLVI, in die Inuencionis sancte Crucis.

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V. str. 499, N. 30.

1356.

Carolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex; notum facimus vniuersis, quod magnifico et excellenti principi, domino Kazimiro, regi Polonie illustri, fratri nostro carissimo, in duobus millibus sexagenarum grossorum Pragensium pro illustri principe domino Henrico landgrauio Hassie, consanguineo nostro ac dicti[a] regis socero, occasione dotalicie pecunie in contractu matrimonij celebrati inter regem ab vna et filiam dicti landgrauij parte ab altera, racionabiliter obligamus sibique de antedictis pecunijs, prout expedit, satisfacere cupimus[b]: promittentes eidem fratri nostro regi Polonie bona fide sine dolo de summa predicte pecunie vnum mille a dato presencium infra vnius anni spacium et mille sexagenas intra annum sequentem continuo dare et soluere integraliter et complete. Presencium sub imperialis maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Prage anno Domini MCCCLVI, indiccione nona, octauo die Maij, regnorum nostrorum anno decimo, imperij vero secundo.

Ludewig: Reliquiae manuscriptorum, Tom V, str. 500, N. 30. Sprostowane mylki: a) dilecti, b) cupientes.

1356.

Ulan. wzmianka o transumpcie na str. 122 (14) po odpisie dokum. z r. 1231.

In nomine Domini amen. Quoniam ea, que per principes racionabiliter decernuntůr, solent scripturis autenticis et testimonio fidedigno ad perpetuam memoriam commendari. Igitůr nos Kazimirůs Dei gracia rex Polonie, necnon terrarům Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranie que dominůs et heres, vniuersis tam presentibůs, quam futuris, facimůs manifestům, quod veniens ad nostram presenciam religiosůs vir frater Marcůs prepositůs monastery de Strelna, ordinis Premonstratensis, supplicauit nobis humiliter et deuote, vt priuilegium super donacione hereditatům, a serenissimo principe, domino Kazimiro olim duce Cuyauie datům et obtentům, innouare et confirmare dignaremur. Cuius priuilegy de verbo ad verbům tenor dinoscitur esse talis:

1231. Kazimierz Kujawski, Ulanowski Dok. Kuj. str. 13 N. 8.

Nos itaque ipsius Marci prepositi Strelnensis iustis precibůs fauorabilibůs inclinati, prescriptům priuilegium cům omnibůs articulis et clausulis in eodem priuilegio superius expressatis, ratům, gratům atque firmum habentes, de solita nostre regie maiestatis benignitate ex certa sciencia duximůs confirmandům. Preterea donacionem sancti monialium dicti monastery Strelnensis ampliory gracia

/:

prosequi cupientes, ciuitatem Strzelno cum suis suburbijs et villas suprascriptas eidem monasterio adiacentes, videlicet Mlyn, Xanze, Wythcouo, Nausko, Rzothquno, Crencywsko, Bronislaw paruum et Belsko, cum earum omnibus adherencijs absoluimus ab omnibus iudicijs palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum, ministerialium quoque vniuersorum, ita, quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis magnis seu paruis nullatenus respondebunt, nisi kmethones coram scoltetis ipsorum, scoltetus vero coram preposito dicti monastery aut administratore ipsius, qui pro tempore fuerit, ac prepositus, dum iusticiam reddere neglexerit, non alias, nisi in presencia nostre regie maiestatis aut nostrj capitanei, dum tamen per literam, nostro sigillo munitam, euocatus fuerit, tunc non aliter, quam iure Theotonico Maydeburgensi nomine ipsius monastery de se querulantibus tenebitur respondere. Insuper regio fauore omnes possessiones ad idem monasterium Strelynense pertinentes, iure Theotonico locatas, a boue, vacca, porco, a sep et a poradlne eximimus penitus et eciam liberamus. Ceterum dicto Strelinensi monasterio ex gracia concedimus speciali, villas in dominio et in granicijs ipsius monastery iure Polonico aut Theotonico locare, quarum villarum kmethones quotquot locate fuerint, eodem iure gaudebunt, quo ciuitas Strelinensis gaudet, cum omnimoda facultate. Volumus eciam, vt omnes pene, que in iudicijs dicti monastery bannitis aut priuatis cedere consueuerunt, non ad alium, quam ad prepositum vel per ipsum ad

/:

id deputatum, in causis magnis aut parvis, quocum-
que casu evenerint, plenarie et ex toto debeant pertinere:
dantes eidem monasterio hanc literam cum appensione
nostri sigilli maioris in testimonium, robur et evviden-
ciam perpetue firmitatis. Actum et datum in Bresth,
sabbato infra octavam Nativitatis sancte Marie virgi-
nis gloriose, anno Domini millesimo CCC quinquage-
simo sexto. Presentibus hiis testibus: Vincencio palatino
Cuyavie, Floriano cancellario Lanciciensi, Predborio
capitaneo Cuyavie, Dobeslao Crusficiensi, Chebda Bres-
thensi, Mathia Wladislaviensi castellanis et aliis multis
fidedignis. Scriptum per manus Stanislai notarii curie
nostre.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 24), opatrzony jest majestatową pieczęcią królewską ze zwykłego wosku, znacznie uszkodzoną, zawieszoną na sznurku z różowego i zielonego jedwabiu.

Johannes abbas etc. monasterii Lubinens. 1356 Dec. 13, Lubyn;

In nomine Domini amen. Quoniam sepius memoria recedit hominum que scripto vel bono testimonio non confirmatur; noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos frater Johannes, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis volentes bona nostra in melius reformare sculteciam in hereditate nostra Gnyewowo wlgariter nuncupata vendidimus Jacobo et suis posteris natis ac nascendis pro quinque marcis grossorum, videlicet duos mansos, duos ortos, tabernam, pistrinum, macellum, sutoriam, fabrum, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta, molendinum in fluvio qui tendit in lacum. Ipse vero scultetus nobis et successoribus nostris serviet cum equo alteram dimidiam marcam valente. Incole ~~etiam~~ eciam ville predicte nobis et successoribus nostris censum solvere tenebuntur singulis annis de quolibet manso octo mensuras triplicis frumenti, duas avene, duas tritici, quatuor siliginis et fertonem usualis monete. Tribus vicibus araturam infra annum tenebuntur (sic) et honorare nos debebunt prefati villani singulis annis de quolibet manso per quindecim ova et latus carnium pro tribus scotis, et in festo sancti Laurencii de qualibet curia per pullum. Tria generalia iudicia celebraturi sumus in predicta hereditate Gnyewowo, in quibus nobis Kmetones duo prandia

dare

dare tenebuntur, scultetus vero unum, vel pro quolibet prandio quatuor scotos grossorum persolvent. Ut autem hec confirmacio et innovacio robur perpetue optineat firmitatis, presentem litteram nostri et nostri Capituli sigillorum munimine duximus roborare (sic). Datum et actum Lubyn in festo sancte Lucie virginis anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, presentibus his testibus: Martino sculteto de Targowiscze, Johanne sculteto de Gryszyna, Tyczkone kmetone ibidem, Nicolao Szadkone cive de Crzywyn, Johanne sculteto de Gieszierzicze et aliis quam pluribus fidedignis.

[Perzanowski, nr 76] 124 pag. 123.

Fr. Johannes abbas et monasterii Lubinens. 1357 Mart. 25, Labyn;

235

In nomine Domini amen. Quoniam sepius a memoria recedit hominum, quod scripto vel bono testimonio non confirmatur, noverint igitur universi presentes et posteri presentem literam inspecturi, quod nos frater Johannes divina paciencia abbas una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis, cupientes bona nostra peramplius reformare, vendidimus sculteciam in hereditate predicta monasterii Lubinensis Lubyn wlgariter dicta pro duodecim marcis grossorum Johanni et suis posteris natis ac nascendis libere perpetue possidendam, videlicet tres mansos, duos ortos, tabernam, pistrinum, macellum, sutoriam, fabrum, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta et pratum, quod adiacet ponti lapideo qui nominatur sep ante semitas versus Lagowo, dantes eidem sculteto pascere ducentas oves specialiter preter gregem ville. Ipse vero scultetus et sua posteritas nobis et nostris successoribus servire debent cum equo alteram dimidiam marcam (valente?). Damus eciam incolis predicte hereditatis libertatem quatuor annorum, qua elapsa solvent nobis censum singulis annis de quolibet manso octo mensuras triplicis annone, duas mensuras tritici, tres avene et tres siliginis et unum fertonem usualis monete et unam mensuram humuli; de quolibet manso arare nobis debent tribus vicibus in anno. Honorare nos debent predicti villani singulis annis de quolibet manso ad festum Pasce per quindecim ova et unum latus carnium pro quatuor scotis, in Nativitate beate Marie virginis de qualibet curia per duos pullos. Tria iudicia generalia celebraturi sumus singulis annis in pre-

dicta

dicta hereditate in quibus nobis kmetones duo prandia ordinare tenebuntur, scultetus vero unum vel pro quolibet prandio quatuor scotos grossorum persolvent. Ut autem hec vendicio robur perpetue optineat firmitatis, presentem litteram nostri et nostri Capituli sigillorum munimine duximus roborandam. Actum Lubyn in die Annunciacionis beate Virginis, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo septimo, presentibus his testibus: Czewlegio de Belewo, Alberto de Lagowo, Nadmiro de Belewo heredibus, Petro advocato de Crzywyn, Mathia sculteto de Suryancziecz, Petro sculteto de Luszkowo et aliis quampluribus fidedignis.

[Perlbach]   24   130 296

Kölner Cop. fol. 33[b] n. 72.

Johannes dict. Slawczicz her. de Mikorzino 1359 Apr. 14, in Conin;

1359. April 14. Konin.

Johannes Slawogitz, Erbe von Mikorzyn, verkauft dem Martin die Schultisei von ~~Mikor~~ Slawoczyn.

Slawoczyno.

In nomine domini amen. Noverint universi tam presentes quam futuri hanc litteram inspecturi, quia omnia non manifesta in brevi tempore labuntur, Johannes vero dictus Slawczitz heres de Mikorzino[a] de consilio amicorum suorum vendidit sculteciam Martino discreto viro in villa dicta Slawczino que iacet in gadis hereditate(!) dicte Mokorzino quatuor vero mansos pro quatuor marcis grossorum sibique ac posteris suis permansuris vendidit eciam predictus heres sculteto iam dicto pratum quod est in loco dicto wlgariter in Sucha. Emit eciam predictus scultetus macellum carnificum pistrini tabernam fabricam sutorum ac tercium denarium iudicii, iuramentum vero cum herede per medium. Item emit sibi liberisque suis ac successoribus ~~suis~~ in predicta hereditate omnes utilitates quas umquam poterit modernas ac futuras ad utilitatem sibi excogitare. Emit vero sepedictus scultetus omnia iura ~~Szr~~ Srednensia, quidquid vero predictus heres in hac littera excogitare non poterit omnia quam plurima iura Sredenensia scultetus obtinuit. Tenebuntur vero kmethones in predicta hereditate pro cappellano eorum pro columbacione infra XX[ti] annos quilibet illorum unum grossum, expiratis videlicet XX[ti] annis tenebuntur idem kmethones pro herede quolibet anno fertonem census pro decima archiepiscopi quatuor scotos, post hec eciam iam sepedictus scultetus equum debet habere circa suum posse et heredi in predicto equo servire. Item mensurabuntur agri cum mensura Conynensi in predicta hereditate pro quolibet manso decem mensure latitudinis wlgariter dicte prsti. In cuius rei testimonium sigillum meum est appensum. Actum et datum in Conin die

a) davor Mikr ausgestr. K.

dominica in ramis palmarum sub anno domini M°. CCC°. LIX° presentibus hiis fide dignis testibus Lonynensis civibus advocato ibidem dicto ~~vitani~~ Vilam, Andree dicto Coinrad, Pechone Hanconis filio, Heinrico dicto Tizitzaszitz, Nycolao mercatore, Hancone pistore et ceteris astantibus fidedignis super omnia iam vero dicta heres duos ortulanos habebit. Scultetus vero tercium, predicti vero kmethones tenebuntur heredi ad meridiem in anno ter arare. Super quo ad omnia iam dicta scultetus ac posteri sui habet perpetuo possidere.

cop. et coll.
14. XII. 82 L.

[Kod. Pol. t. 3., nr. 122.] 1359. [4. X.] Rell. III 260.

1359. In nomine domini amen. Quod magnifica regum decrevit fieri auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Eapropter nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, terrarumque Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lanciciie, et Cuiavie, Pomaranieque dominus et heres. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quod volentes utilitates Regni nostri peramplius dilatare, silvam nostram sitam in terram (sic) Cracoviensi prope castrum Landiscron circa fluvium dictum wlgariter Skawinka exposuimus honesto viro Johanni de Strona ad locandum in eodem villam de XXV. mansibus franconicis jure Theutunico magdeburgensi, quam de novo Scawinka volumus appellare. Racione cujus locacionis Johannes predictus cum suis legittimis successoribus habebit sculteciam ibidem perpetuo ac hereditarie cum juribus infrascriptis, videlicet unum mansum liberum, unam tabernam liberam, bancam (sic) panum, sutorum, macellam carnium, sextum denarium censualem, tercium denarium de qualibet re judicata, duabus vero pro nobis reservatis juramenta omnia, eciam molendinum in descensu fluminis sub piscina regis poterit collocare, eciam addimus ipsis de gratia nostra speciali medium mansum pro pellendo grege et medium pro via, que wlgariter ~~st~~ scotnicza nominatur. Ad judicia vero magna, que ter in anno fieri consueverunt, que bannita dicuntur nostro nuncio, quem ad hoc transmittemus scultetus unum prandium et kmethones duo prandia dabunt, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum dare tenebuntur. Insuper ville kmethones predicte libertate exspirata de quolibet manso singulis annis nobis

et

et nostris successoribus in festo Sancti Martini racione census mediam marcam pro decima vero cui de jure debetur. unum fertonem grossorum pro missalibus vero unam mensuram siliginis et unam mensuram avene, ubi divina audierint et ecclesiastica perceperint sacramenta soluent et soluere sunt astricti. Eciam scultetus predictus ad quamlibet expedicionem generalem unam marcam grossorum racione servicij sit soluere astrictus. Preterea scultetum, Kmethones et incolas ville predicte absoluimus ab omnibus juribus et jurisdiccionibus omnium Palatinorum, Castellanorum, Judicum, subjudicum, ministerialiumque ipsorum ita quod coram ipsis pro causis magnis et parvis puta furti sanguinis homicidij ac alijs omnibus causis citati minime respondebunt sed ~~tamen~~ tantum Kmethones ville predicte coram suo Sculteto predicto suo jure Theutunico respondebunt. Scultetus coram nobis vero vel nostro Judice generali dum tamen per nostram litteram nostro regio sigillo sigillatam citatus fuerit tunc de se querulantibus suo Jure Theutunico tenebitur respondere, dantes sculteto et scabinis ville predicte in causis criminalibus videlicet furti sanguinis homicidij superius expressatis senten ciandi, condempnandi, puniendi plenam et omnimodam potestatem. Ut autem villa predicta eo celerius valeat collocari, omnibus et singulis Kmethonibus sculteto et incolis locandis in villa predicta ab omnibus nostris exaccionibus angarijs et preangarijs, collectis et tributis ab avenis que sep dicuntur, nec non ab alijs nostris solucionibus quibuscunque nominibus

censeantur

censeantur et a nostris regalibus laboribus a data presencium ad spacium viginti annorum damus et concedimus plenam et omnimodam ~~potestatem~~ libertatem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum in castro Landiskron die sancti francisci confessoris anno domini M° CCC L nono Presentibus hijs testibus domino predwoyo Capitaneo Cujaviensi Swetopelcone Castellano Syradyensi Swentoslao Vicetezaurario, domino przedborio herede de Brzere Andrea dicto Latala, Pelca de Cosceletz et alijs quam plurimis fide dignis. Datum per manus domini Janussij Cancellarij Cracoviensis

---

Na czerwonym sznurku jedwabnym wielka pieczęć majestatyczna wyobrażająca króla z berłem na tronie siedzącego. Z napisu okólnego znać tylko naprzód + potem Kazi................ Pomer.....

299

1359. [27. X.] [A. G. i Z. T. 5, nr. 4.]

In nomine domini Amen. Quod magnifica Regum decrevit fieri auctoritas ratum atque stabile perpetuo debet non inmento perma nere. Proinde nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Cuiavie, Lancicie, Pomeranieque dnus et heres universis tam presentibus quam futuris tenore presentium volumus esse notum. Quod multiplicibus Serviciis considerati et inspectis que nobis Henricus bone memorie olim Castellanus Wisliciensis quam plures fideliter ac constanter exhibuit in recompensam eorundem suorum Serviciorum et ob petitionem discrete mulieris Swanthoszeze Relicte et Nicolai filii ipsius villas suas Gorzieze, Welepole, Uszeze, Vulgariter dictas protunc jure polonico locatas secundum quod eedem ville in suis gradibus sunt ab antiquo circumferencialiter limitate de jure polonico in jus theutonicum quod Stredense vulgariter dicitur perpetuo duximus transferendas, eximentes et absolventes omnes Sculte tos vel Scultetum una cum incolis villarum prenominatarum ab omnibus juribus polonicalibus, dacionibus, contribucionibus, angariis et aliis quibuscumque consuetudinibus polonici juris que jus theutonicum perturbare consueverunt et ab omnibus judiciis Castellanorum, Palatinorum, Judicum, Subjudicum, omnium Officialium Ministerialiumque universorum; ita quod coram ipsis vel ipsorum aliquo minime respondere tenebuntur. Sed in omnibus penis sive causis puta, furti, Sanguinis, homicidii, mutillationis etetiam quibuscumque que omnia et singula judicando occurrerint in bonis predictis coram Sculteto vel Scultetis villarum seu herede jure theutonico predicto evocari sibe judicari debebunt Et ipse heres et sui successores una cum Sculteto aut Scultetis suis secundum jus theutonicum omnes penas sive emendas in villis

dictis

dictis prose recipient secundum quod idem ius exigit et requirit Idem autem Scultetus dum per nostram litteram citatus fuerit. tunc de se querelantibus in nostra aula iure theutonico tenebitur respondere In cuius rei testimonium presentem literam fieri et nostri Sigilli munimine iussimus confirmari Datum Wyslicia in Vigilia Sanctorum Symonis et Iude apostolorum Anno Domini M° C°C° C° C 1X° Presentibus his testibus Floriano Cancellario Lanciciensi Stanislao Malogostanensi Swanthopeltzone Syradiensi, Castellanis Preczlao Sbodazone Kalissiensi Swanthoslao Vice thesaurario nostro Procossio de Bogoria et aliis multis fide dignis

300.

ucirit
s fu=
nico
iteram
um
dolo=
sti=
lanoi;
azone
de

Nadanie prawa Magdeburgskiego
wsiom Gorzicze, Wielopole, Uszcze przez
Krola Kazimierza Wielkiego

R 1359.

Oryginał w Archiwum
Xcia Lubomirskiego w Dubnie
na pargaminie, ze sznurkiem
jedwabnym zielonym bez pieczęci

[Perzanowski, nr. 80]   132   pag. 137 b
301

Fr. Andreas abbas et. monasterii Lubinens. 1360 s.d., in Lubin;

In nomine Domini amen. Quum sepius a memoria recedit hominum quod scripto vel bono testimonio non fuerit confirmatum, noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos frater Andreas, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis cupientes bona nostra in melius reformare molendinum nostrum in fluvio Obra situm, Stankowo wlgariter dictum, admisimus nostris pro usibus conservandum. Pro qua quidem construccione et reparacione dedimus Vito quondam filio Precislai terciam mensuram in predicto molendino et suis successoribus legittimis perpetue possidendam. Ipse vero Vitus et sui successores ad omnia necessaria molendini predicti tam lapidem quam ferramentorum (sic), necnon pro reparacione piscine tercium denarium apponere debebit. Nobis nihilominus molere tenebitur sine mensura quod in wlgo myara dicitur quando et quocies necesse fuerit vel videbitur opportunum. Et eciam nobis duos porcos in predicto molendino servabit et nutriet et suum tercium in usus proprios convertet. Insuper damus predicto Vito et suis posteris legittimis liberum arbitrium in tercia sua parte molendini vendere, dare et resignare nostro cum favore et secundum quod sibi videbitur utilius faciat et disponat de eisdem. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem

sigillum

sigillum nostrum et nostri Capituli presentibus sunt appensa. Actum in Lubin anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, presentibus his testibus: Petro plebano Lubinensi, Cwlegio de Bielyewo, Wladimiro de Bielewo, Petro advocato in Crzywyn, Johanne sculteto de Lubin, Mathia wladario nostro de Lubin, testibus ad premissa.

1360.

[Dogiel, T. 1, s. 538.]

Carolus IV. etc. Notum facimus etc. quod illius amoris et favorosi affectus intuitu, quo magnificum et excellentem principem dominum Kazimirum regem Polonie illustrem, fratrem nostrum carissimum pia benignitate prosequimur, pro nobis, heredibus et successoribus nostris Bohemie regibus, eidem fratri nostro de certa sciencia tenore presencium promittimus absque dolo, quod pro scissione Vratislaviensis episcopatus a Gneznensi metropoli facienda, pro parte nostra vel eorundem successorum nostrorum apud sedem apostolicam nunquam laborabitur, quibuscunque temporibus affuturis. Presencium sub tenore. Datum Nuremberg, anno 1360, indict. XIII, VII calend. Augusti, regnorum nostrorum anno Romani XV, Bohemie XIV, imperij vero VI.

Dogiel: Codex diplomaticus regni Polonie et magni ducatus Litvanie, Vilnae 1758, tom. I, str. 538, z oryginału przechowanego w archiwum głównem w Warszawie.

1360. Cod. Morav. 303

Karolus quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, Iohannes eadem gracia marchio Morauie, et Rudolffus dei gracia Austrie, Styrie et Karinthie dux pro nobis et illustribus Friderico, Alberto et Leupoldo, fratribus nostris, quorum tamquam senior eorum plenam et liberam potestatem habemus, ea condicione, qua nos predicti imperator et Boemie rex et marchio in subscriptis pro vna persona tantum modo computemur, notum facimus tenore presencium vniuersis, quod ob amoris, amicicie et fidei puritatem, quibus ad inuicem iusta racione ad instar progenitorum respectum habere tenemur, pro speciali consolacione et statu pacifico subiectorum nobis fidelium, et vt desiderate pacis amenitas inter nos iugiter perseueret, animo deliberato principum, baronum et aliorum fidelium nostrorum sano accedente consilio ac de certa nostra sciencia communem pariter colliganciam et vnionem fecimus. Nosque pro nobis et heredibus nostris perpetuo bona fide et absque omni dolo, sub eo iuramento, quod super hoc corporaliter ad ewangelia sancta prestitimus, firme colligancie fecimus vnionem, cuius virtute et vigore mutuo promittimus bona constanti fide, quod nos infra metas, granicias siue gades regni nostri Boemie, marchionatus Morauie, terrarum et principatuum Polonie, dominij in Sulczbach, et quidquam regnum Boemie in Almania obtinet, que cum eodem regno confinant, necnon principatuum et dominiorum Austrie, Styrie, Karinthie, Marchie Sclauonice et Portusnaonis et pertinenciarum omnium spectancium ad eadem, in quorum possessione nunc existimus, seu auctore domino fuerimus in futurum, nobis inuicem fideliter et amicabiliter suffragari et auxiliari debemus et volumus, ad defensandum prefatos principatus, ducatus, dominia et terras nostras cum omnibus eorum pertinencijs, sicut superius expressantur, aduersus omnem hominem, nemine penitus exceptato, qui ad nostra seu dictorum principatuum, ducatuum, dominiorum et terrarum nostrarum et pertinenciarum similiter dampna seu dispendia niterentur, et dum vnius aut plurium ex nobis regnum, principatus, terre seu dominia in Boemia, Morauia, Polonia, Sulczbach et alijs, que regnum Boemie in Alamania obtinet, que cum eodem regno confinant, Austria, Styria, Karinthia, Carniola, Marchia Sclauonica et Portusnaonis et eorum pertinencijs hostiliter inuadi contingeret, tunc alij statim, sicut amoniti seu requisiti fuerimus, absque dilacione seu prorogacione quibuslibet, illi vel illis corpore, rebus, consilio, auxilio, fauore et dileccione fraterna cum omni nostra potencia subuenire volumus et debemus sub nostris proprijs dampnis et periculis, quamdiu vixerimus, aduersus vnum quemque hominem et personam, cuiuscumque dignitatis, honoris et status existat,

/. eciam si regia fulgeat dignitate, nullo excepto, sicut superius est expressum. Ad talem nichilominus subuencionem nos predicti imperator tamquam Boemie rex et marchio Morauie illustri Rudolfo Austrie, Styrie et Karinthie duci et suis fratribus non tenebimur in terris eorum, quas in Alsacia et Swevia tenere noscuntur, neque ipsi vicecuersa nobis ad hec auxilia in terris Luczemburgensi, Limburgensi et Brabancie ducatuum et eorum pertinencijs obligari debebunt quouismodo, ea condicione, quod ciuitates, castra et municiones, que in terris eius vel eorum, qui suffragia postulauerint, expugnate et obtente fuerint, absque omni impedimento sint illius vel illorum, in quorum terris et dominijs, vt premittitur, fuerint acquisite, res vero mobiles et captiui sint et esse debeant eius vel eorum, qui talia obtinuerit seu obtinuerint suis sollicitudine et labore. Et in cuius adiutorio nos fuerimus, ille nobis expensas erogare tenebitur, puta panem, vinum et ceruisiam iuxta terrarum consuetudinem toto tempore, quo nos in eius contigerit adiutorio permanere. Volumus eciam sub fide et iuramento prefatis, quod omnes alie colligaciones, quas pridem inuicem fecimus, presenti colligacioni nullum debeant preiudicium generare. Quam quidem ligam presentem, iuramenta et promissiones facta et factas desuper promittimus et volumus firma et inconuulsa seruare bona fide, absque omni dolo et non contra facere vel venire quouismodo. Et nos predicti imperator Karolus tamquam Boemie rex et Iohannes marchio Morauie, qui in presenti liga vna persona reputari debemus, excipimus in liga presenti serenissimos principes dominum Ludwicum Vngarie regem et dominum Kazimirum Polonie regem, quibus auxiliari pro defensione terrarum suarum volumus et debemus. Et nos qui supra dux Rudolfus pro nobis et nostris fratribus consimiliter excipimus in liga presenti prefatum regem Vngarie et illustres principes dominum Ludwicum seniorem marchionem Brandenburgensem, dominam Margaretham uxorem suam et marchionem Meinhardum eorum filium, quibus eciam auxiliari pro defensione terrarum suarum volumus et debemus. Presencium sub nostris sigillis testimonio literarum. Datum in Campis prope Esslingam, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, indiccione terciadecima, nonis Septembris, regnorum nostrorum, qui supra, imperatoris anno quintodecimo, imperij vero sexto.

Z dwóch oryginałów pargaminowych, z których jeden obejmuje tekst niemiecki, drugi łaciński, opatrzonych trzema pieczęciami, a przechowanych w morawskiem archiwum krajowem, ogłosił drukiem Brandl w dziele: Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae, Tom IX, Brünn 1875 NN. 185 i 186.

[Perlbach]

25

304

Kölner Cop. 18b n. 31.

Mathias eccles. Wladislav. epus. 1360, Oct~~obr~~ 1, ~~Boma~~ in Bania;

Bischof Mathias von Cujavien beurkundet eine Urkunde Wladislaws von Cujavien über Lang für das Kloster Lad gesehen zu haben.

Cop. privil.

Nos Mathias divina et apostolice sedis gratia ecclesie Wladislauiensis episcopus recognoscimus per presentes in presencia venerabilis in Christo patris et domini domini Jaroslai) ecclesie Gneznensis archiepiscopi recepisse privilegium super hereditate dicta Lang sitůata prope Wladislaviam antiquam a religioso viro abbate Landensi per fratrem Symonem eiusdem conventus Landensis nobis in Boma villa pretacti domini archiepiscopi presentatum sub vero sigillo serenissimi principis domini Wladislai inclit duci Cuyauie, ad cuius recognicionis evidentiam pleniorem prefatus frater Symon a nobis petiit litteras patentes quas sibi dari fecimus nostri appensione sigilli munitas. Datum in Bomni(?)a in die beati Remigii anno domini M°. CCC°. LX° presentibus fratribus nostris Sbyluto preposito, Johanne decano, Stanislao scolastico, Borrislao cantore Wladislaviensibus cum ceteris fidedignis.

Cop. et coll.
10. XII. 82 P.